Quod dulcia faucibus meis verba tua: vel quod de greco est exp̄ssi: eloquia tua: **H**up mel et fauum ori meo. Hec ē illa suauitas quā deus dat vt terra nostra det fructū suū: vt bonū vere bñ: id est nō mali carnal formidine: s̄ boi sp̄ual delectatōe faciam⁹: **N**on nulli sane codices nō habēt fauū: sed plures habent. **A**relli autē est similis aperta doctrina sapiētie. Fauo vero que de obstrusiorib⁹ sacramētis tāqđ de cellis cereis ore differētis velut mādētis exprimit⁹: vez ori cordis nō carnis est dulcis. Sed qđ ē quod ait: **A**mandatis tuis intellexi: Aliud enī est mādata tua intellexi: aliud a mādati tuis. Nescio ergo qđ aliud se significat intellexisse a mādati dei: hoc est c̄stū mihi videt faciēdo mādata dei p̄uenisse se dicit ad eaꝝ rerū intelligētiam q̄ occupuerat scire: ppter qđ scriptū est. **C**o cupisti sapiētiam serua mādata: et dñs prebet illā tibi. Ne qſqđ p̄posteꝝ aīqđ habeat humilitatem obedētie: velit ad altitudinē sapiētie puenire: quā capē nō pōt nisi ordine venerit. Audiat ergo: Altiora te ne q̄sieris: et fortiora te ne scrutat⁹ fueris: sed q̄ p̄cepit tibi dñs illa cogita sp̄. Sic hō ad occultorū sapiētiā pueit q̄ obedētiā mādato rū. Cū aut̄ dixisset: q̄ tibi p̄cepit dñs illa cogita: iō addidit: sp̄: qđ et custodiēda ē obedientia vt p̄cipiat sapiētia: et p̄cepta sapiētia nō ē dserēda obedētia. Sp̄u alii itaqđ mēbroꝝ christi vox ista est: a mādati tuis intellexi. Hoc enī recte dicit christi corp⁹ in eis: qbus mādata seruātibus ppter istā custodiā mandatorū p̄betur vberior doctrina sapiētie. Propterea: inq̄t: **O**dio habui oēm viā iniqtatis. Necesse est enī vt oderit omnē iniqtatē amor iusticie: qđ tanto maior est: qđto eū magis inflāmat amplioris dulcedo sapiētie: q̄ p̄betur ei q̄ obtēpat deo et a mādati eius intelligit.

Explicit sermo vicesimussodus. Incipit sermo vicesimusterius: de versu psal-

Alia līa.
non habet

Alia līa.
1odiu.

mi: Lucerna pedibus meis verbū tuū: vsq; ad Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificatiōes tuas ppter eternā retributiōem. Crutādos atqđ tractādos p̄ viribus quas deus donat: nunc istos versus psalmi hui⁹ aggredimur. Quoru⁹ prim⁹ est. **L**ucerna pedib⁹ meis verbū tuū: et lumen fēmitis meis. Quod est lucerna: hoc repetitū est lumē: qđ pedibus meis: hoc semitis meis. Quid est ergo verbū tūs: Nūqđ nā illud qđ in principio erat deus apud deū: verbū sc̄z p̄ qđ facta sūt omnia: Nō est ita. Nam illud verbūlumē est: s̄z lucerna nō est. Lucerna q̄ppe creatura est nō creator: q̄ p̄cipiatōe in cōmutabilis lucis accēdit. Hoc erat Johānes: de q̄ dicit verbū de⁹: Ille erat lucerna ardēs et lūces. S̄z lumē est et lucerna: et tñ in cōpatiōe verbi: de quo dictum est: deus erat verbū: non erat ille lumen: sed missus est vt testimoniu⁹ p̄hiberet de lumine. Erat enī lumē verum: nō quod illuminat vt homo: sed qđ illuminat oēm hoīem. Hisi asit et lucerna et lumē esset: nō diceret aplūs: **V**los est lumē mūdi. Quo audito ne id se putarēt esse quod ille quis dixerat: nam et de seipso quodā loco dixit: Ego sum lumē mūdi: ait illis de illis: Nō potest ciuitas abscōdi supra montē constiuta: neqđ accendūt lucernā et ponunt eā sub modio: sed supra cādelabru⁹ vt luceat omnibus qui in domo sūt: sic luceat lumē vestrum coram hoībus: vt scirent se tanqđ lucernas de illo lumine quod imutabiliter lucet accensas. Nulla quippe creatura q̄uis rationalis et intellectualis a seip̄a illuminatur: sed p̄cipiatōe sempiterne veritatis accēdit: etiā si aliquando dies vocatur: nō dies dñs: sed quē fecit dominus. Et iō adhuc subdidit: Accedite ad eum et illuminamini. Prop̄t quā p̄cipiatōem inq̄stūm hō est: ipse mediator lucerna in apocalypsi nūcupatur: S̄z singulans est ista suscep̄tio. Be nullo enī sanctorū dici diuinitus potuit: aut dici villomodo fas est: verbum caro factum est: nisi de vno mediatore dei et hominū. Cū igit̄ lumen dicatur vnigenitū verbum: equale gignenti lumē dicatur: et homo ab illo verbo illuminatus qui dicit et lucerna: sicut Io hannes: sicut apostoli: nec vllus eorum hō sit verbū: et illud verbū a quo illuminatis sit lucerna nō sit: Quid ē hoc verbū qđ ita lumen dicit vt lucerna sit: Ait enī: Lucerna

Psalms

pedibus meis verbū tuū: et lumen semitis
meis: nisi verbū intelligamus qđ factū est
ad p̄phetas: vñ quod p̄dicatū est p̄ ap̄los:
Non verbū christū: sed verbū christi: de q̄
scriptū ē: fides ex auditu: audit⁹ aut p̄ ver
bū christi. Nā et verbū p̄pheticū lucerne
paras apl̄us Petr⁹: H̄abem⁹ inq̄t certio
rem p̄pheticū sermonē cui benefacit⁹: in
tēdētes velut lucerne i obscurō loco. Qđ
utq̄ b̄ ait: Lucerna pedibus meis verbū
tuū: et lumē semitis meis: verbū est qđ scri
pturis sanctis omib⁹ p̄tinetur. **Jura**
iusticie tue: Tanc̄ bene ambulā ad il
lā lucernā: et rectas semitas habēs: Sequē
ti ait verbo illud qđ āncedit expositū est.
Quasi enī querem⁹ qđ esset: iurauit: adiū
xit et statui. Hoc enī appellauit iuramētū
quod statuit p̄ sacramentū: quia ita debet
esse mens fixa in custodiēdis iudiciis iusti
cie dei: vt sit oīno p̄ iuratiōe qđ statuit. Si
de aut̄ custodiūtūr iusticia iudicie dei: cū
sub deo iusto iudice: nec recte factū inſru
ctuolum: nec p̄cūm credif⁹ impunitū. Sed
p̄ bac fide q̄r̄ mīta et grauissima mala cor
pus p̄culit christi. **Humiliatus sum**
inquit: vñq̄ valde: Nō autē ait: huiliati
me: vt huiliatē que in p̄cepto est intelli
gere sit necesse: sed ait huiliatus sum vñq̄
valde: maximā sc̄z passus p̄secutiōem pro
eo q̄ iurauit et statuit custodire iudicia ius
ticie dei. Et ne in tāta huiliatiōe fides ip̄a
deficeret: addidit. **Domine viuifica**
me secūdū verbū tuū. Hoc est fm̄ p̄
missum tuū. Nā et verbū p̄missori dei lu
cernā ē pedib⁹: et lumē semitū. Sic et supl⁹
vt eū d̄e viuificet: orauit in huiliatiōe p̄se
cutiō: s: vbi ait: Paulomin⁹ cōsumauerūt
me in terra: ego aut̄ nō dereliqui mandata
tua: sc̄m misericordiā tua z̄ viuifica me: et
custodiā testimonia: id est martyria oris tui.
Ebi intelligit si ip̄e nō viuificet donando
patientiā: ppter qđ dictū est: In vestra pa
tientia possidebil̄ alias vestras: et de quo
dictū est: Qñ ab ipso est patientia mea: nō
corpus in p̄secutiōe mortificari sed aīam:
nō custodiēdo martyria et iudicia iusticie
dei. **Volutaria oris mei bñplaci**
ta fac dñe: Hoc est: placeāt tibi: nō re
probare: sed approba. Bene aut̄ intelligū
tur oris voluntaria sacrificia laudis con
fessione caritatis: non timore necessitatis
oblata. Unde dictum est: volūtarie sacri
cabo tibi: Sz quid est quod adiungit. Et

CXXVIII

iudicia tua doce me: Nōne ip̄e in ver
sibus superioribus dixerat: A iudicijs tuis
nō declinaui: Quō istuc si ea nō nouerat:
Porro si nouerat: quō b̄ dicit: Et iudicia
tua doce me: An sicut illud ē: suavitatē se
cisti cū tuo: et postea dīc: suavitatē do
ce me: Qđ ita exposum⁹ vt intelligerem⁹
verba p̄ficiētis: et addi sibi ad id qđ acce
perat postulatis. **Anima mea i ma**
nib⁹ tuis sp: Nonnulli codices habēt in
manib⁹ meis: Sz plures in tuis: et hoc
quidē planū est. Justorū enī aīe in manu
dei sūt. In cui⁹ manu sūt et nos et sermoēs
noſtri. Et legis: inq̄t: tue nō ſu obli
tus. Tanc̄ ad non obliuiscendam dei
legem manibus ip̄ius adiuvet ei⁹ mēoria:
vbi est ei⁹ anima: Aia vero mea i manib⁹
meis: quō intelligatur ignorō. Justi qui p
pe ista verba sūt nō iuſti: rediūt ad patrē
nō discedentis a patre. Nā pōt videri ille
iunior filius aīam suā in manib⁹ ſuis habe
re voluisse qñ dixit p̄r̄: Ba mihi ſubſtatiā
meā q̄ me tangit: Sed ideo mortuus erat
ideo perierat. An forte ita dictū ē: anima
mea i manib⁹ meis: tanq̄ eam viuificā
dam offerret deo. Unde alibi dicit: Ad te
leuaui animā meam: Dixerat enī et hic ſu
perius: viuifica me. **Posuerunt:** in
quit: p̄tores laqueū mihi: et a mā
datiſ tuis nō errauit. Si hoc nīſi q̄a
eius aīa in manibus dei: vel in ſuis viuifi
cāda offerret deo: **Hereditate acqui**
ſui testimonia tua in eternū: Nonnulli
vno verbo volentes dicere qđ vno verbo
in greco positiū est: hereditati interpretati
ſunt. Qđ si et latinū eſſe poſſet: magis ſig
nificaret eū qui dēdi hereditatem qđ cum
qui accepit: vt ſic eēt: hereditati: quō dita
ui. N̄eli⁹ ergo duobus verbis inſinuat in
teger ſenſus: ſiue dicat hereditate poſſedi:
ſiue dicat hereditate acqſiui: nō heredita
tē ſi hereditate. Si aut̄ q̄rif⁹ qđ acquiſierit
hereditate: testimonia inq̄t tua: qđ volens
intelligi: niſi vt testis dei fieret: eiusq̄ teſti
moia p̄fiteret: id ēvt martyr dei fieret: atq̄
ei⁹ martyria diceret: ſicut martyres dicūt a
patre ſibi cui⁹ heres eſſe collatū. N̄ul
ti quippe voluerūt neq̄ potuerūt: nulli tñ
potuerūt niſi qui voluerunt: Quia nō po
tuiffent ſi fidei testimonia negare voluiffent:
Sz etiam ipſorū p̄parata eſſt volūtas a do
mino. Ideo hec hereditate ſe acqſiſſe iſte
teſtatur: et hoc in eternū: quia nō eſt in eis
gloria temporalis hominī vana querentiū:

Alia līa
tlegem tuā.Alia līa.
de.

Psalms

CXVIII

Alia lta.
tque. **Quoniam exultatio cordis mei sit.**
Et si afflictio corporis: exultatio tñ cordis:
Beinde subiecit. In clinaui cor me
um ad faciendas iustificatiōes tu
as in eternū: ppter retributiōem.
Qui dicit: inclinaui cor meum: ipse iam
dixerat: inclina cor meū in testimonia tua:
vt intelligamus simul hoc esse et diuinī mu
neris et prie volūtatis. Sed nūquid in
eternū facturi sum⁹ iustificatiōes dei: Ope
ra illa quidē q̄ opamur circa p̄mōrū ne
cessitates eterna eē nō possūt: sic nec ip̄e ne
cessitates: sed si non diligendo ista facim⁹
nulla ē iustificatio: Si aut̄ diligēdo eterna
est ipsa dilectio: eiq̄ eterna ē pata retribu
tiō. Propt̄ quā retributiōem dicit se incli
nasse cor suū ad faciendas iustificationes
dei: vt i eternū diligens: ut eternū mere
atur habere quod diligit.

Explícit sermo vicesimus tertius. In
cipit sermo vicesimus quartus: de versu
psalmi: Iniquos odio habui: vsq; ad id
Propt̄ea dilexi testimonia tua semper.

Alia lta.
ter. **D**icitur huius locus de quo in vo
luntate dei deputaturi sumus: sic
incipit. Iniquos odio ha
bui: et legem tuam dilexi. Nō ait: ini
quos odio habui: et iustos dilexi: aut inq
uitate odio habui et legem tuā dilexi: sed cū
dixisset: iniq; odio habui: exposuit q̄re: ad
dendo: et legem tuam dilexi: vt demōstra
ret: non se in hoībus inquis odiisse naturā
qua boiles sūt: sed iniquitatē qua legi quā
diligit inimici sūt: Beinde sequit. Ad
iutor meus et susceptor me⁹ es tu:
Aduitor ad bona facienda: susceptor ad
mala evadēda. Q̄ aut̄ adiūgit. In ver
bū tuū sp̄sperauī. Lanç filius pro
missionis loquit. Sed quid sibi vult ver
sus qui sequit. Declinate a me ma
ligni: et scrutabor mādata dei mei.
Non enim ait: faciam: sed scrutabor. Ut
ergo perfecte ea diligenterq; nouerit: ma
lignos a se declinare desiderat: eosq; etiā
compellendo a se abigit. Nā maligni ex
ercent ad facienda mandata: a scrutandis
aut̄ auocāt: non solum cū psequūtur: aut
litigare nobiscū volūt: verūtiaz cū obse
quūt: et honorāt: et cū suis vitiosis et ne
gociosis cupiditatibus adiuuādis ut oc
cupemur: et eis nostra tpa impēdam⁹ effla
gitant: aut certe infirmos p̄mūt: et causas

suas ad nos deferre compellūt: Quibus
dicere non audemus: Bichō quis me cō
stituit iudicē aut diuisorē inter vos: Con
stituit enī talibus causis ecclesiasticos ap
postolus cognitores: in foro: prohibens
iurgare christianos: Nec illis quidem qui
aliena rapiunt sed sua cupide repetūt di
cimus: cauete ab omni cupiditate: consti
tuentes eis ante oculos hoīem cui dictū ē:
Stulte hac nocte auferet a te aia tua: que
preparasti cui⁹ erūt: quia et quādo dicim⁹:
non recedunt nec declināt a nobis: sed in
stant: vrgent: p̄cantur: tumultuātur: extor
quēt: vt ip̄is potius ad ista que diligūt q̄
scrutandis dei mādatais que diligim⁹ oc
cupemur: O q̄to tedio turbaz turbulen
tarū: et q̄to desiderio diuinorū eloquio
rū dictū ē: Declinate a me maligni et scruta
babor mādata dei mei. Ignoscant obedi
entes fideles: qui p̄ suis secularib⁹ causis
raro nos querunt: et iudiciis nostris facil
lime acquiescūt: nec nos sterunt litigādo:
sed obteperādo potius consolātur. Lerte
pter eos qui et inter se p̄tinaciter agunt:
et quādo bonos p̄mūt: nostra iudicata cō
temnit: faciuntq; nobis p̄ire tempa rebus
erogāda diuinis: certe inq; ppter istos et
nobis liceat exclamare in hac voce corpo
ris chris̄: Declinate a me maligni et scruta
babor mādata dei mei. Beinde posteaq;
velut ab oculis cordis sui muscas irruen
tes abegit: redit ad eu⁹ cui dicebat: adiu
tor meus et susceptor meus es tu: in verbū
tuū sperauī p̄cēmōs continuans. Sus
cipe me: inquit: secūdum eloquium
tuū et viuā: et ne cōfundas me ab
expectatione mea. Qui iā dixerat: sus
ceptor me⁹: poscit magis magisq; suscipit:
et ad illud ppter qđ tolerauerat tā mīta mo
lestia perduci: verius ibi se q̄ in istis huā
narū reruz somnijs fidens esse victurum.
Sic enī de futuro dictū est: et viuā: tāq; in
hoc corpe mortuo nō viuatur. Corpus enī
mortuū est ppter peccatum: et expectātēs
redemptiōem corporis nostri: spe salvi facti
sumus: et quod nō videntis sperātēs: per
patientiā expectam⁹: Et spes nō p̄fundit:
si caritas dei diffundit in cordibus nostris
et spiritū sanctū qui dat⁹ est nobis. Propt̄
que largius accipiēda clamat ad patrē: ne
cōfundas me ab expectatione mea. Et tā
q; ei respōsum fuerit in silentio: si non vis
cōfundi ab expectatōe tua: nō intermitas
meditari iustificatiōes meas: sentiens istā

Alia lta.
tnon.

Dicitur si deo largi
cōfundi quod intelligē
tūtū psalmo magno dicit

Psalms

meditatioem plerūq; aie languorib; impe
diri. Adiuua me: inquit: et saluus
ero: et meditabor in iustificatiōib;
tuis semper. **P**reuenisti omnes:
Vel quod de greco diligēti^o vide exp̄ssū.
Ad nibilū deduxisti oēs disceden
tes a iustificatiōib; tuis: quia i
usta cogitatio eorū. Ideo ergo clama
uit: adiuua me et saluus ero: et meditabor
in iustificationib; tuis semp: quia in nibi
lū redigit deus omnes discedentes a iustifi
cationib; suis. Quare aut discedit: Quia
iniusta est inquit cogitatio eorū. Ibi acce
ditur: ibi discedit. **O**mnia opa vel mala:
vel bona a cogitatione pcedunt. In cogi
tatione quisq; innocens: in cogitatione reus
est: p̄p̄ quod scriptū est. Logitatio sancta
seruabit te. Et alibi legi. In cogitationib;
imp̄ interrogatio erit. Et apls: Logitatio
nibus ait accusantibus: aut etiā excusanti
bus. Ibi aut felix est: qui in cogitatione mi
ser est. Aut quō ibi nō miser ē: qui ad nibi
lū redactus est. **N**agna quippe est steri
litas iniquitas: merito dictū est: cōfundat
iniqui faciētes vane: id est inaniter: tanq;
redacti in nibilū. Seq̄ in psalmo: **P**re
uaricātes deputauī vel putauī vel
existimauī omnes peccatores ter
re: Multis enī modis nostri interpretati sunt
vnū verbū grecū: quod ē. **A**λογισαντ̄: q̄
p̄funda est ista sentētia: et si adiuuerit do
minus oposi^o disputatiōe alia penetrāda
est. Nā et quod additū est. **D**roptere a
dixerit testimonia tua semp. Multo
amplius eam p̄fundā facit. Bicit enī ap
postolus: Lex iram opatur. Huiusq; dicti
rationē reddēs: vbi enī nō ē lex inquit nec
puaricatio: ita oīdēs nō oēs esse puaria
tores. Nō enī omnes habēt legē. Nō aut
omnes habere legē: alio loco euident^o ait:
Qui sine lege peccauerit sine lege p̄būt.
Quid sibi ergo vult: puaricatores deputa
ui oēs peccatores terre: **S**ic hic questionē
pposuisse suffecerit: alio si deus donauerit
sermone tractādam: ne hui^o plixitas eam
cogat angustius explicari: q̄ ut bene possit
quod explicatur intelligi.

Explīcīt sermo vicesimus quart^o. **I**n
cipit sermo vicesimus quītus de versu psal
mi: Preuaricātes reputauī oēs peccato
res terre vsc̄ ad iudicis enī tuistimui.

Querimus si deo largiēte inuenire
q̄ possim^o quō intelligendū sit qđ in
isto psalmo magno dictū est: Pre

uaricatores: v̄lpon^o p̄uaricātes: Grecus
enī παράβαποντες ait: nō παραβαται
Querim^o q̄ quō intelligendū sit. **P**reua **A**llia lfa
ricātes deputauī oēs p̄ctōs terre: **t** reputauī.
Propter quod ait apls: Ibi enī lex nō ē:
nec p̄uaricatio. Hoc aut dixit cū a lege p̄
missa distingueret. Nā vt de superiorib; sen
sus plenior colligat: nō enī q̄ legem inquit
pm̄issio Abrae: aut semini eius vt heres
esset mūdi: sed per iusticiā fidēi. Si enī qui
q̄ legem heredes sūt: exinanita est fides: et
euacuata est pm̄issio: lex enī iram opatur.
Ibi enī non est lex nec p̄uaricatio. Ideo
ex fide: vt scdm̄ gratia firmā sit pm̄issio
omni semini: nō ei tantū quod ex lege est:
sed et ei quod ex fide est Abraham: qui est
pater omnī nostrī. **C**ur hoc apls ait: ni
si vt ostenderet legem sine pm̄issionis gra
tia: nō solū nō auferre verū et augere pecca
tum: **E**nde et illud est: Lex subintravit vt
abūdaret delictū. Sed quia omnia q̄ grati
am dimittūtur: non solū que sine lege: ve
rū etiam que in lege cōmissa sunt: ideo ibi
secut^o adiūxit: Ibi autem absidavit deli
ctum supabūdavit et gratia: Non itaq; p̄
uaricantes deputat oēs peccatores apls:
sed eos tātū p̄uaricātes deputat qui trans
grediūtur legē. Ibi enī nō est lex inqt: nec
preuaricatio: ac per hoc secundū aposto
lum: omnis quidem p̄uaricatoꝝ est pecca
tor: quia peccat in lege: sed non oīs pecca
tor est p̄uaricatoꝝ: quia peccant aliq sine le
ge: vbi ait nō est lex nec p̄uaricatio. Por
ro si nemo sine lege peccaret: nō idem ipse
apostolus diceret: Quicq; sine lege pec
cauerūt: sine lege p̄būnt. Scdm̄ vero istū
psalmī. si p̄uaricantes sunt omnes pecca
tores frē: nullū ē vsc̄ sine p̄uaricatioꝝ pec
catū. Nulla ē ait p̄uaricatio sine lege: nul
lum est igitur nisi in lege peccatū. Qui er
go dicit: p̄uaricantes deputauī oēs pecca
tores terre: nullos esse omnino nisi qui le
gem trāsgressi sunt vult intelligi peccato
res: et ob hoc aduersatur ille q̄ dixit: Qui
cunq; sine lege peccauerit sine lege p̄ibūt.
Secondū illud quippe sunt aliqui pecca
tores: q̄uis nō sint p̄uaricatoꝝ: id est qui
sine lege peccauerit. Ibi enim nō est lex:
nec preuaricatio. Scdm̄ istum autem nul
lus est sine p̄uaricatioꝝ peccator: quia p̄
uaricantes deputat oēs peccatores terre.
Nullus ergo secundū istum sine lege pecca
uit: quia vbi non est lex: nec preuaricatio.
An forte dicturi sum^o: verū quidē esse qđ

Psalms

nec p̄uaricatio sit vbi non est lex: sed verū nō esse quod aliqui sine lege peccauerint: aut verū qđ ē esse aliq̄s sine lege peccasse: sed verum nō esse vbi lex non est: p̄uaricatio esse non posse. Ad vtr̄q̄ apl̄us dixit: Clerū ē ergo vtr̄q̄: q̄ vtr̄q̄ p̄ apl̄ veritas dixit. Quō ergo erit verū quod in psalmo isto eadē pculdubio veritas dixerat: P̄eūaricātes deputauī omnes peccatores terre: Respōdet enī nobis. Qui sunt ergo illi qui scdm apostolum sine lege peccauerunt: Non enim ex eis quisq̄ p̄uaricātes deputandus est: cum scdm eundē apostolū: p̄uaricatio non sit vbi lex nō est. Sed nimurū cum diceret apostolus: Qui cūq̄ sine lege peccauerūt sine lege pibunt: de illa lege aiebat quā de⁹ dedit p̄ Moy-sen famulū suū populo suo isrl. Hoc ipa q̄ circūstant verba eius ostendit. Disputabat enī de iudeis et grecis: id est gentibus non ad circūcisionē: sed ad preputiū p̄nentibus: ideo sine lege eos dicens: quia non acceperāt legē quā se accepisse gloria bantur iudei. Un̄ illis ait: Si aut̄ tu iude⁹ p̄gnomunaris: et requiescis in lege et gloriaris in deo. Benigz vnde ad hanc sententiā venerit intuēdū est: vt diceret: Qui cūq̄ sine lege peccauerūt sine lege pibūt: Ira inquit et indignatio: tribulatio: et angustia in omnē aiam hois operātis malū: iudei primū et greci: H̄ia autē et honor et pax oī operāti bonū: iudeo primū et greco. Nō ē enī p̄sonaz acceptio apud deū. Ad hec addidit: vñ nūc q̄stio ē et ait: Quicūq̄ enim sine lege peccauerūt sine lege peribunt: et quicūq̄ in lege peccauerunt q̄ legem iudicabisur. Hos vtr̄q̄ iudeos: illos aut̄ grecos volēs intelligi: quoniā de his agebat: vtr̄q̄ sub peccato esse demonstrans: vt egere se gratia vtr̄q̄ fateantur: Propter qđ dicit: Non em̄ est distinctio: Q̄es enim peccauerūt et egent gloria dei: iustificati gratis per gratiā ipsi⁹ p̄ redēptionem que est in christo Jesu. Quos itaq̄ dicit om̄es peccasse: nisi iudeos et grecos: de quibus dixerat: nō enim est distinctio. Nā et de his paulo ante: causati enī sum⁹ inquit iudeos et grecos om̄es sub peccato esse: ac per hoc quicūq̄ sine lege peccauerunt: illa scilicet de qua iudei gloriabāt sine lege pibunt: et quicūq̄ in lege peccauerūt: id est ipi iudei q̄ legem iudicabunt: nec ideo non pibunt: nisi credāt in eu⁹ qui venit querere quod p̄ierat. Nonulli quip-

CXVIII

pe etiā catholici tractatores in his apostoli verbis aliter q̄ se res habet: parsū attēndendo sapuerūt: vt dicērēt illos p̄ire qui sine lege peccauerūt. Hos aut̄ qui in lege peccauerūt iudicari tantūmodo nō p̄ire: tanq̄ per penas trāitorias, credantur esse purgādi. Sicut ille de quo dictū: Ip̄e aut̄ saluus erit sic tñ quasi per ignē. Sed hoc merito fundamenti bene intelligit: de quo agebat apostolus vt hoc diceret. Supuis quippe dixerat: vt sapiēs architectus fundamētum posui: ali⁹ supedificat: vnuſq̄s q̄ aut̄ videat quomodo supedificet. Fundamentū enim aliud nemo potest ponere ppter id quod positiū est: qđ est christus Je-sus: et cetera: vñq̄ ad eādē locum vbi eum dixit q̄ ignē saluari qui sup hoc fundamētū: nō aurum: argentū: lapides preciosos: sed ligna: feni: stipulā edificat: nō tñ respuit ne recipiat nec receptū deserit fundamētū idq̄ omnibus carnalibus suis quibus capiē atq̄ succūbit delectatōibus asponit: cum ad hunc articulū vētum fuerit vt aut̄ ille deseratur aut̄ christus: vbi si non anteponit christus nō ille ē fundamētum. Omnid⁹ quippe structure posterioribus p̄tibus anteponit fundamētum: nec cogitasse existimo eos qui senserunt nō perire: de quibus dictum est: p̄ legem iudicabuntur: nisi quia fidamētū habēt christū. Parsū ergo attenderūt quod demōstraui-mus: atq̄ ipa scripture clamat de iudeis: hoc apostolū dicere: qui sine fundamento sunt christi. Quis autē christian⁹ dixerit: non p̄ire iudeum si nō credat in christum: sed tantūmodo iudicari: cu⁹ christus ipse ad eādē gētem ppter oues que inde perierunt se missum esse testetur: et tolerabilius dicat futurū sodomitis in die iudicij: qui vtr̄q̄ sine lege perierūt: qđ ciuitati iudee q̄ in eum non creditū fata virtute mirabilia facientem: Si ergo apostolus scdm legem quā deus p̄ Moy-sen populo israel dedit: ceteris autē gentibus non dedit: sine lege dixit esse ceteras gentes: quid intellecturi sumus in isto psalmo dictū esse: p̄uaricātes estimauī oēs p̄tōres terre: nisi intelligamus aliquā legē nō per Moy-sen datā: scdm quā sunt p̄uaricātes ceteraz gentis p̄tōres: Ebi enī lex nō ē nec p̄uaricatio. Que ista lex est: nisi forte illa de qua idem dicit ap̄s: Gentes que legē nō habēt: naturaliter que legis sūt faciūt: hi legē nō habētes ipsi sibi sunt lex: Scdm hoc ḡ qđ dicitur: ut sic intelligat: qđ dicitur enī testimonia necessaria

Psalms

cit: legē nō habētes: sine lege peccauerūt: sine lege peribūt: sī id vero qđ ait: ipsi si bi sunt lex: nō immerito p̄uaricatores esti manūt omnes p̄ctores terre. Nullus enī est qui faciat alteri iniuriā: nisi qui fieri sibi nō lit: et in hoc trāsgredit nature legē: quā nō simū ignorare duz id qđ facit nō vult pati. Nāqđ aut̄ lex ista naturalis nō erat in populo israel: Erat plane: quoniā et ipsi homines erāt. Sine lege aut̄ naturali essent: si preter naturam humani generis esse potuissent. Multomagis ergo p̄uaricatores facti sunt lege diuina: qua naturalis illa siue instaurata: siue aucta: siue firmata sit. Nam vero si in omnib⁹ peccatorib⁹ terre nō incōgrue deputātur et paruuli ppter originalis vincula peccati: etiā ipsi in similitudine preuaricatiois Ade: ad illā preuaricationē pertinere mōstrant: que data lege in paradiſo p̄ma cōmissa est: ac per hoc recte nullo prouersus excepto p̄uaricatores estimant omnes peccatores terre. Omnes autē peccauerūt et egent gloriā dci. Omnes igit̄ preuaricātes gratia saluatoris inuenit: alios maius: alios min⁹. Quāto enī legis maior in quocūq; cognitio: tāto minor peccati excusatio: quāto minor peccati excusatio: tanto manifestior p̄uaricatio. Restabat ergo vt omnib⁹ non sua sed dei: id ē a deo donata iusticia subueniret. Enī ait apostolus: Per legē cognitio peccati. Non ergo ablatio sed cognitio. Hunc aut̄ sine lege inqt iusticia dei manifestata est: testificata per legē et prophetas. Proinde etiā iste subiunxit: **D**ropterea inquit: dilexi testimonia tua. Tāq; dicret. Quoniam lex siue in paradiſo data: siue naturaliter insita: siue litteris p̄mulgata: p̄uaricatores fecit omnes peccatores terre: ppter ea dilexi testimonia tua: que sunt in lege tua de gratia tua: vt non sit in me iusticia mea sed tua. Lex enī ad hoc prodest vt mitat ad gratiā: nō solū enī quod attestat manifestat de iusticie dei que sine lege est: verū etiam hoc ipso qđ preuaricantes fecit: uta vt etiā quos littera occidit ad viuificantē spiritū cōfigere timore cōpellat: per quē peccatorū deleaf vniuersitas: et recte sautorū caritas inspiret. Dropterea inquit dilexi testimonia tua. Quidā codices habet sp: quidā nō habet. Sz si est sic: accipiē dū est sp: vt sic intelligat: qđ diu hic viuit. Hic sūt enī testimonia necessaria de lege et prophetis attestatio iusticie dei qua iustifica

Alia lfa.
130.

CXVIII

mur gratis: hic sūt et nra testimonia necessaria: pro quib⁹ ipsam que hic agitur vitā martyres finierunt. Cognita itaq; dei grā que sola liberat a p̄uaricatioe: que legis cognitio cōmittit: orando dicit: **C**onfige clavis a timore tuo carnes meas. Sic enī expressius interptati sunt quidam nostri: qđ grece uno verbo dici potuit: id est χρηστός: Hoc alij cōfige dicere voluerūt: nec addiderūt clavis: atq; ita dum voluit uno verbo greco vnu latīnum interptando reddere sententiā minus explicauerūt: qm̄ in eo quod est cōfige nō sonant clavi: χρηστός autē sine clavis intelligi nō pot: nec nisi duob⁹ verbis latīne dici pot: sicut dictum est: cōfige clavis. Ubi quid vult intelligi: nisi qđ ait apostolus: Hibi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nři Iesu christi: per quē nibi mādus crucifixus est: et ego mundo: Et iterū christo inquit confixus sum cruci: Ubi autē iam nō ego: viuit vero in me christus. Qđ qđ est aliud: nisi nō est in me iusticia mea: que ex lege est: in qua p̄uaricato effectus sum: sed iusticia dei: id est que nibi ex deo est: non et me: Sic quippe in me viuit non ego sz christus: qui factus est nobis sapiētia a deo: et iusticia: et sanctificatio: et redēptio: vt quēadmodū scriptū est: qui gloria tur in dño glorietur. Item dicit: Qui autē sunt Iesu christi: carnē suā crucifixerūt cū passionib⁹ et concupiscētijs. Cum hic dictum sit qđ ipsi crucifixerūt carnez suam: in isto tñ psalmo deus rogat vt id faciat: cui dicit: Confige clavis a timore tuo carnes meas: vt intelligam⁹ etiā id qđ recte facim⁹ gratie dei esse attribuenduz: qui in nobis operat et velle et operari pro bona voluntate. Sed quid sibi vult quod cū dixisset: Confige clavis a timore tuo carnes meas: Addidit: A iudicis enī tuis timui: Quid ē cōfige a timore tuo? Timui enim. Si enī iaz timerat vel timebat: cur adhuc vt a timore suo d⁹ crucifigeret carnes suas orabat: An addi sibi volebat timorem: vt tantū timeret: quantū sufficeret crucifigēdis suis carnib⁹: id est cōcupiscētis: affectibusq; carnalib⁹: Tāq; dices: Perfice in me timorē tuū: timui enī a iudicis tuis. Sz ē hic ali⁹ altior sensus quātū d⁹ donat scrutato sinu scripture hui⁹ eruēdus. Cōfige inquit clavis a timore tuo carnes meas: a iudicis enī tuis timui: hoc est a timore tuo casto: qui permanet in sc̄m se

Psalms

CXVIII

culti: carnalia mea desideria cōprimātur: a iudicis enim tuis timui: cū mibi lex mina retur pena: que mibi nō poterat dare iusticiam. Sed hunc timorē quo pena metuit cōsumata caritas foras muttit: que nō timore pene: sed delectatiōe iusticie liberos redit. Timor namq; iste quo non amatitur iusticia s; timetur pena: seruīlis est: quia carnalis est: et ideo non crucifigunt carnē. Vluit enim peccandi voluntas: que tunc apparet in opere quando speratur impunitas. Cum vero pena credit secutura latenter vivit: vivit tamē. Nō habet enim licere et dolet nō licere quod lex vetat: qz nō spiritualiter delectat eius bono: sed carnaliter malū metuit quod minat. Timore asit casto ipsa que hūc timorē foras muttit: peccare timet caritas etiā si sequat impunitas: qā nec impunitatē iudicat secuturā: quādo amore iusticie peccatum ipm deputat veniam. Tali timore carnes crucifigunt: quo niā carnales delectatiōes que legis littera vetantur potius qz virtutē: spiritualiū bonū delectatiōe vincuntur: et eadem vsc ad pfectiōne crescēte victoria perimuntur. Ergo configere clavis inquit a timore tuo carnes meas: a iudicis enim tuis timui: hoc est da mibi castū timore: ad quē petendū metāq; pedagogus timor legis ille perduxit: quo timore a iudicis tuis timui.

Explīcit sermo vicesimusquintus.

Inīcipit sermo vicesimussextus de verū psalmi: Feci iudicū et iusticiam: ne tradas me calūniātib⁹ me: et reliqua.

Thos magni psalmi huiusversus considerādos nūc suscepim⁹ atq; tractādos. **F**eci iudicū et iusticiam: ne tradas me calūniātib⁹ me. Non mirū est eū fecisse iudicū et iusticiā: qui superi⁹ poposcerat a timore dei utiq; casto cōfigi clavis carnes suas: hoc est carnales cōcupiscētias: que solēt quo munus rectū sit nostrū impedire iudicū. Qūis autē sive rectū sine prauū in nostri sermonisvnu iudicū nuncupet: vnde hominib⁹ in euāgeliō dicit: Nolite iudicare persona liter: s; rectū iudicū iudicate: tū hoc loco ita positū est iudicū: tāq; si hoc rectū nō fuerit: non debeat iudicū noiari: alioquin nō sufficeret dicere: feci iudicū: sed dicere tur: feci rectū iudicū. **H**oc genere locut⁹ est dñs Iesus: vbi ait: Reliquistis grauora legis: iudicū: et misericordiā: et fidem. Et hic enim iudicū sic positū est: tanq; non

Alia lfa.
† non.
† calūniātib⁹.

sit iudicū si peruersum est: Et multis diuinariū scripturarū locis ita ponit: quale illud est: **M**isericordiā et iudicū cantabo tibi dñe: Et illud apud Esaiam: Expecta ui ut faceret iudicū: fecit autē iniquitatē: non aut expectauit ut faceret iudicū iustū: fecit autē iuniquū: sed tanq; ideo iam iudicium sit: quia iustum est: nec sit iudicium: quia iniustum est. **J**usticia vero non solet dici bona iusticia vel mala iusticia: sicut aliquando dicitur bonum malum iudicū: sed eo ipso iam bona est: qz iusticia est. Sic ergo habet cōsuetudo loquēti: videntur et bonū iudicū: et malum iudicū: quēadmodū habet ut dicatur et bonus iudicū: et malus iudicū. Sic autē non dicit bona iusticia vel mala iusticia: sicut non dicit bonus iustum vel malus iustum: qz continuo bon⁹ quisq; si iustum. **J**usticia ergo virtus est animi magni p̄cipueq; laudabilis: de qua nūc nō est copiosus disputādinecessitas. **J**udicū vero qf̄ non nisi in bono ponit: distinctior loquendi ratio huius virtutis est operatio. Qui enim habet iusticiam recte iudicat: imo fm istam locutionem qui habet iusticiā iudicat: qz nec iudicat si nō recte iudicat. **J**usticie nomine hoc loco nō ipsa virtus: sed opus eius significatū est. **Q**uis enim facit in hoīe iusticiā: nisi qui iustificat impiū: **H**oc est per gratiam suāz ex impio facit iustum. **E**nde ait apostolus: **J**ustificati gratis per gratiam ipsius. **F**acit ergo iusticiā: id est opus iusticie: qui habet in se iusticiā: id est opus gratie. **F**eci inquit iudicū et iusticiam: ne tradas me nocētib⁹ me: id est feci iudicū iustum: ne tradas me illis: qui propterea me persequunt. Nam etiā quidā codices habent: ne tradas me persequētib⁹ me. **Q**d enī grece dictū est Τοισ απτιδιοισ: quidā interpretati sūt nocētib⁹: quidā per sequētib⁹: quidā calūniātib⁹. **M**iror autē oīm quos in p̄mptu habere potui codicū nunq; me legisse aduersantib⁹: cuz sine cōtrouersia quod grece απτιδιοισ: hoc latine aduersarius appellat. **O**rans itaq; ne tradatur a domino aduersantib⁹ sibi: quid orat: nisi quod oram⁹ cū dicim⁹: ne nos inferas in temptationē. **A**duersarius est enī de quo dicit apostolus: **P**e forte temptaueris vos qui temptat. **E**t tradit deus quē dēserit. Cum quippe ille non decepit quēz iste non deserit: in volūtate sua prestans deco in hominis virtutē. **A**b illo autē qui dixit

Psalms

rat in abundantia sua: nō mouebor in eternum: auertit facie suā et factus est cōturbatus: sibiq̄s monstrat. Quisquis igit̄ a timore dei casto crucifixas habet carnes suas: et nulla carnali corrupti illecebra: facit iudicis opusq; iusticie: orare debet ne aduersantib; trādat: id est ne timēdo perpeti mala: ad faciēda mala persequētibus cedat. A quo enim accipit victoriā cōcupiscētne voluptate pertrahat: ab illo etiā robur patiēne ne dolore frangat: qm̄ de quo dicitur: dñs dabit suauitatem: de illo etiā dicitur: ab ipso est etiā patientia mea. Benignus se quis. **E**xcede seruū tuū in bono: vt non calunienſ me superbi. Illi impellūt vt cadā in malū: tu excupe in bonum: Qui aut̄ interptati sunt nō calunientur me: grecā locutionē secuti sunt: latine lingue iſtūtū vītātā. An forte hāc habet vim: cū dicis non calunienſ me: q̄s habet si dicereſ: non me capiant caluniādo: Multe aut̄ posset intelligi calunie superboꝝ: a quib; humilitas christana despiciſ: sed illa vel maxima est: si hoies hoc loco excipiūt superbi: q̄ a nobis mortuū calunienſ colit. Humilitas quippe ipsa christiana christi morte insinuat: cōmendaſq; diuinū. Hec aut̄ calunia vtrisq; infidelibus: id est iudeis: gētibusq; cōmunis est. Habent calunias suas etiā heretici singulis quibusq; heresib; p̄prias: Habet et scismati: quos omnes superbia de membrorū christi cōpage precidit. Ipsiſ aut̄ diaboli calunia quāta vel qualis sit: qua caluniatus est iusto dicēs: Nunqđ gratis colit Job dñm: Quorū omnīū calunie superbiorū tanq; colubrorū venena dicūtur: ch vigilantissima et diligētissima pietate christus crucifixus attendit. Propter qđ ſigurandū Moyses deo miserāte ac iubēte exaltavit in heremo ſimilitudinē ſerpētis in ligno: vt ſimilitudo carnis peccati crucifigenda p̄figuraret in christo. Hanc intuētes ſalutiferā crucē omne caluniatiū superbiorū virus expellim⁹. Quam prorsus etiā iſte quodāmodo valde intente intuēs aut:

Oculi mei defecerūt in ſalutare tui: et ī eloquii iusticie tue. Christū quippe ipsum deus ppter ſimilitudinē carnis peccati: p̄ctū p̄ nobis fecit: vt nos ſimus iusticia dei in ipſo. In huius igit̄ eloquii iusticie dei defecisse dixit ardēter oculos ſuos: et ſitienter intuendo dum memor infirmitatis humanae: diuinā christi deſide-

Malitia.
Gaudię
bona.
nō habet.

CXVIII

rat gratiā: Propter qđ ſequit: Faccū ſeruo tuo fīm misericordiā tuā: Nō vniq; fīm iusticiā meā. Et iuſtificatiōes inquit: tuas doce me. Illas proculquib; quibus deus facit iuſtos: non ipſi ſe.

Seruus tuus ſum ego: Neq; enī bene mihi celiſ: qñ eſſe volui liber meus: nō ſeruus tuus. Ha mihi intellectuſ ut ſciām teſtimonia tua. Fluq; intermitteſta eſt iſta petiſio. Non enī ſufficiſt ac cepiſſe intellectū: et dei teſtimonia didiciſſe: niſi ſemper accipiat: et quodāmo ſemp bibatur de fonte lucis eterne. Teſtimonia quippe dei quāto fit quisq; intelligētior: tam magis magiſq; ſciuntur. **T**empus inquit: faciēdi dñō: Id enī plures codiſes habet: nō vt quidā dñe: Quod ergo tēpus vel qđ faciēdi voluit intelligi dñō: Illud quidē quod pauloāte dixerat: Fac cum ſeruo tuo fīm misericordiā tuā: hoc ſaciēdi tempus dñō. Quid eſt aut̄: niſi graſia que in christo ſuo tpe reuelata eſt: Be quo tpe ait apostolus: Lum aut̄ venit plenitudo tpis misit deus filiū ſuū. Propter qđ alibi etiā teſtimoniū ſuū p̄phetici adiūgens: vbi dixit: Tempore acceptabili exaudiui te: et in die ſalutis adiūvi te: Ecce nunc inq; tps acceptabile: Ecce nūc dies ſalutis. Sed quid eſt qđ tanq; volēs ostēdere tēpus dñō eſſe faciēdi: cōtinuo ſubiunxit: **D**ißipauerūt legē tuā. Velut ppter ea tempus eſſet faciēdi dñō: qđ eius legem dissipauerūt ſuperbi: qui ignorātes dei iusticiā et ſuā querētes ſtatuerē: iusticie dei nō ſunt ſubiecti: Quid eſt enī: dissipauerūt legē tuā: niſi p̄uaricatiōis iniquitate eius integritatē nō custodierūt: Opor-tebat ergo vt ſuperbiſ et de libertate ſui arbitrii p̄ſumētib; lex dareſ: qua p̄uaricata quicq; cōpuncti humiliarent: nō iam per legē: ſed per fidē ad ſubueniētē curren-t gratiā. Dißipata ergo lege tēpus fuit vt per vniigenitū ſiliū dei misericordia mitereſ. Lex enī ſubintrauit vt abūdaret delictū: quo delicto lex dissipata eſt: et oportuno iaz tempore christus aduenit: vt vbi abundauit delictum ſuperbuſidaret gratiā. Ideoq; inq; dilexi mādata tua: ſuper aurū et topazion. Id agit gratiā: vt dilectionē impleant mādata dei: que timore nō poterāt. Gratia quippe dei difundit caritas in cordib; nřis per ſpirituſ ſcīm qui dat⁹ eſt nobis. Propter qđ tpe dñs dicit: Nō veni legē ſoluere: ſed adiū-

Psalms

CXVIII

plere. Et idem apostolus: Plenitudo legis caritas est. Ideo super aurum et topazion. Hoc enim et in alio psalmo legimus: Super aurum et lapideum preciosum multum. Topazion quippe lapidem multum perhibent esse preciosum. In testamento autem veteri latenter gratiam tanquam velo interposito non intellegentes: quod significabat quando in facies domini intendere non valebat: propter mercenariam terrena atque carnalem dei misericordia face re conabantur: neque faciebat: quod non ipsa sed aliud diligebat: unde illa non erant opera voluntatis: sed onera potius inuidorum. Cum vero ipsa misericordia diligunt super aurum et lapidem preciosum multum: omnis per ipsas misericordias terrena vivilis est merces: nec villa ex parte comparatur quecumque alia hominis bona: his bonis quibus ipse fit bonus homo.

*Alia lta.
t dirigebar.*

*Alia lta.
t iniquam.*

Propterea inquit: ad omnia misericordia tua corrigebar: Utique corrigebar: quia diligebam: atque illis rectis uterum ipse rectus fierem: dilectio coheret. Nam illud quod adiungit consequens erat. Omnes inquit: viam iniquitatis odio habui. Unde enim fieri poterat ut iniquam viam non odisset: diligens rectam? Nam sicut aurum et lapideum precium si diligeret: odisset profecto quicquid ei talium rerum damnum posset inferre: Ita quoniam dei misericordia diligebat: iniquitatis viam odio habuit: quemadmodum aliquod immanissimum marinum itineris saxum: ubi tam preciosarum rerum necesse est pati naufragium: Quod ut non contingat longe inde velificat: qui in ligno crucis cum mandatorum diuinorum mercibus nauigat.

Explicit sermo vicesimus sextus.

Incipit sermo vicesimus septimus de versu psalmi: Mirabilia testimonia tua domine tecum.

*Alia lta.
t domine.
t ideo.*

v Erba psalmi hec sunt: de quibus adiuuante domino disputaturi sumus. Mirabilia testimonia tua: propter hoc scrutata est ea anima mea. Quis enumerat saltus generatum testimonia dei: Celum et terra visibilia opera eius: dicit quodammodo testimonium bonitatis et magnitudinis eius: et ipse cursus frequens visitatusque nature: quo tempore rapprocitas voluit: in rerum quaruscumque generibus: quis temporalibus atque mortalibus que certe consuetudine viluerunt: si pius considerator aduertat: prohibet testimonium creatori. Quid autem horum est quod non sit mirabile: si uniusquodque non usu sed ratione metiamur: Si vero tanquam sub unius contemplati aspectu velut audeamus cuncta contueri: nonne sit in nobis quod ait prophetas: Considerauit opera tua et expauit: Et tam iste non est ipsa rerum admiratio perterritus: sed etiam potius dixit esse causam: cur ea debuerit scrutari: quia mira sunt: Cum enim dixisset: Mirabilia testimonia tua: securus adiuxit: propter hoc scrutata est ea anima mea: quasi factus sit ipse per investigacionem difficultatem curiosior. Quanto enim quecumque abstrusiores habet causas: tanto est mirabilior. Si ergo nobis homo talis occurrat: qui propter hoc dicat se scrutari testimonia dei: quod mirabilia sunt: cum plena sit eis: et que conspicit: et que non conspicit universa creatura: nonne compescimur eum dicentes: Ultiora te ne quesieris: et fortiora te ne scrutatus fueris: sed que precepit tibi dominus illa cogita semper: Sed si nobis respondeat et dicat: Hec que precepit dominus: et que iubet ut cogitetur: mirabilia sunt eius testimonia: eum quippe et dominum quod iubet: et bonum et magnum: quod talia iubet: esse testantur: nunquam auditum boiem ab eorum scrutatione reuocare: ac non potius ut sedulo id agat: et tante rei operam: quanto potest impeditat hortabimur: An forte dei precepta testimonia quidem bonitatis ei esse fatebimur: sed mirabilia esse negabimus: Quid enim mirum: si bona imperat bonus dominus: Immo vero id ipsum est omnino mirandum: et cur ita sit perscrutandum: quod cum deus bonus bona precepit: eis tantum dederit bonam legem: quos eadem lex vivificare non posset: nec villa esset ex bona lege iustitia. Si enim data esset lex que posset vivificare: omnino ex lege esset iustitia. Cur ergo data est que vivificare non posset: ex qua esset nulla iustitia? Nempe mirandum est: nempe stupendum. Hec sunt ergo mirabilia testimonia dei: propter hoc huius anima scrutata est ea: quoniam deinde non ei dici possit: Fortiora te ne scrutatus fueris: et que precepit tibi dominus illa cogita semper. Ipsa sunt enim que precepit nobis dominus: et ideo cogitada sunt semper. Potius itaque videamus huius anima que scrutata est: quid inuenitur? Manifestatio inquit: verborum tuorum illuminat: et intelligere facit parvulos. Quid est parvulus: nisi humilis et infirmus? Noli ergo superbere: noli de tua que nulla est virtute presumere: et intelliges quare sit a bono deo bonum.

*Alia lta.
t declarat sermonem.
t intellectus dat parvulum.*

bile: si uniusquodque non usu sed ratione metiamur: Si vero tanquam sub unius contemplati aspectu velut audeamus cuncta contueri: nonne sit in nobis quod ait prophetas: Considerauit opera tua et expauit: Et tam iste non est ipsa rerum admiratio perterritus: sed etiam potius dixit esse causam: cur ea debuerit scrutari: quia mira sunt: Cum enim dixisset: Mirabilia testimonia tua: securus adiuxit: propter hoc scrutata est ea anima mea: quasi factus sit ipse per investigacionem difficultatem curiosior. Quanto enim quecumque abstrusiores habet causas: tanto est mirabilior. Si ergo nobis homo talis occurrat: qui propter hoc dicat se scrutari testimonia dei: quod mirabilia sunt: cum plena sit eis: et que conspicit: et que non conspicit universa creatura: nonne compescimur eum dicentes: Ultiora te ne quesieris: et fortiora te ne scrutatus fueris: sed que precepit tibi dominus illa cogita semper: Sed si nobis respondeat et dicat: Hec que precepit dominus: et que iubet ut cogitetur: mirabilia sunt eius testimonia: eum quippe et dominum quod iubet: et bonum et magnum: quod talia iubet: esse testantur: nunquam auditum boiem ab eorum scrutatione reuocare: ac non potius ut sedulo id agat: et tante rei operam: quanto potest impeditat hortabimur: An forte dei precepta testimonia quidem bonitatis ei esse fatebimur: sed mirabilia esse negabimus: Quid enim mirum: si bona imperat bonus dominus: Immo vero id ipsum est omnino mirandum: et cur ita sit perscrutandum: quod cum deus bonus bona precepit: eis tantum dederit bonam legem: quos eadem lex vivificare non posset: nec villa esset ex bona lege iustitia. Si enim data esset lex que posset vivificare: omnino ex lege esset iustitia. Cur ergo data est que vivificare non posset: ex qua esset nulla iustitia? Nempe mirandum est: nempe stupendum. Hec sunt ergo mirabilia testimonia dei: propter hoc huius anima scrutata est ea: quoniam deinde non ei dici possit: Fortiora te ne scrutatus fueris: et que precepit tibi dominus illa cogita semper. Ipsa sunt enim que precepit nobis dominus: et ideo cogitada sunt semper. Potius itaque videamus huius anima que scrutata est: quid inuenitur? Manifestatio inquit: verborum tuorum illuminat: et intelligere facit parvulos. Quid est parvulus: nisi humilis et infirmus? Noli ergo superbere: noli de tua que nulla est virtute presumere: et intelliges quare sit a bono deo bonum.

Psalms

na lex data: que tamē vivificare nō possit. Ad hoc enī data est: vt te de magno parvulū faceret: vt te ad faciendā legē vires de tuo non habere mōstraret: ac sic inops indignus et regenū ad gratiā cōfugeres et clamares. Misericordia mei dñe qm̄ infirmus sum. Hoc ergo scrutādo intellexit hic parvulus: quod minum apostolorū Paulus: id est parvulus ostēdit: ideo data legē que vivificare non posset: qr̄ cōclusit scriptura om̄ia sub peccato: vt pmissio ex fide Jesu christi daret credētib⁹. Ita dñe: ita fac mīrū: imo impera quod nō possit imple- possit impleri: vt cū hoies q̄ suas vires id adimplere nequiverūt: omne os obstruat et nemo sibi magnus videat. Sunt om̄es parvuli: et reus fiat om̄is mundus tibi: qr̄ non iustificabit ex lege om̄is caro corā te. Per legē enī cognitio pcti: nūc aut̄ sine le- ge iusticia tua manifestata est: testimoniuʒ habēs a lege et ppheticis. Hec sunt mirabili- lia testimonia tua: que scrutata est anima parvuli hui⁹: et ideo inuenit: qr̄ humiliat⁹ est: et parvulus fact⁹ est. Quis enī facit mā- data tua sicut facienda sunt: id est ex fide que per dilectionē dei operat: nisi eius in corde per spiritū sanctū ipa dilectio diffun- dat. Hoc etiā iste parvulus cōfiteit. Os meū inquit: aperui et attraxi spūm: qr̄ mādata tua desiderabā. Quid de- siderabat: nisi facere mādata diuina: Sed nō erat vñ faceret: infirm⁹ fortia: et parvulus magna. Aperuit os confitēs q̄ per se ipse nō faceret: et attraxit vñ faceret. Ape- ruit os petendo: querēdo: pulsando: et si- tiēs hausit spiritū bonū: vnde faceret: qd̄ q̄ seipm nō poterat: mādatū sc̄m: et iustū: et bonū. Si enī nos cū sim⁹ mali: nouim⁹ bona data dare filiis nřis: quantomagis pater noster de celo dabit spiritū bonū pe- tentib⁹ eū: Non enī qui spiritu suo agūt: s̄ quotquot spū dei agunt: hi filiū sunt dei: nō qr̄ ipi nihil agūt: sed ne nihil boni agant a bono agūtur vt agant. Nam tantomagis efficiſ quisq̄ filius bon⁹: quāto largius ei dat a p̄e spirit⁹ bon⁹. Benig⁹ iste adhuc petit: Os quidē aperuit et attraxit spiritū: h̄adū ad patrē pulsat et querit: Bibit: sed quāto suauius sensit: tanto ardenter adhuc sitit. Audi vba sitiētis. Respi- ce in me et miserere mei: h̄m iudi- cium diligētū nomine tuū. Id est h̄m iudicium quoq̄ in eos fecisti: qui diligūt no-

Malala

tūspice.

CXVIII

men tuū: quoniā vt diligerēt te prius dile- xisti eos. Sic enī Iōānes aplus: Nos dili- gum⁹ inquit: Et velut causa querereb⁹: qua- re nos diligere fecit: adūrit: Quoniā ipse prior dilexit nos. Vide et iste quid apertis- simē dicat: Breſsus meos dirige h̄m eloquū tuū: et non dominet Elia lfa. mei om̄is iniquitas. Ubi qd̄ aliud in iusticia. dicit: q̄ rectū et liberū me fac h̄m pmissum tuū: Quāto enī maḡ regnat in vnoquoq̄ dei caritas: tāto minus ei dominat iniqui- tas. Quid ergo aliud petit: q̄ vt donante deo diligat deū: Diligēdo enī deum: dilig- git seipsum: vt diligere salubriter possit: et proximū sicut seipm: In quib⁹ preceptus tota lex pendet et pphete. Quid igit orat: nisi vt p̄cepta que deus imponit iubendo: impleri faciat adiuvādo: Sed quid est qd̄ dicit: Redime me a calunijs ho- minū: vt custodiā mādata tua: Si vera illi hoies criminā obijciunt nō calū- nianū. Si falsa: quid est q̄ se redimi deside- rat a calunijs: id est a criminib⁹ falsis: que illi nocere nō possunt: Crimen quippe fal- sum quod est calūnia: reum nō facit homi- nē: nisi apud iudicē boiem. Ubi aut̄ deus iudex est: nullus falso criminē ledit: qr̄ nō cui obijcit: sed obijcienti potius imputat. An hic ecclesie presignat oratio et vniuer- si populi christiani qui redemptus est a ca- lunijs hominū: quibus exagitabant vsc̄- quaq̄ christiani: Sed nunqđ ppterēa dei mādata nō custodit: Non inter ipsas ca- lunijs q̄si feruebat: multo glorioius po- pulus sanctus in tribulatiōib⁹ dei manda- ta seruabat: cum ad perpetrādas impieta- tes persequētib⁹ nō cedebat: Sed numrū hoc est: redime me a calunijs hominum: vt custodiā mādata tua. Tu age infuso spiritu tuo: ne me calūnie hominū terro- ribus vincāt: et a tuis mādatis ad sua ma- la facta traducāt. Si enī hoc modo me ab eorum calunijs: ne criminatōes eoy falsas quas obijciūt per- timescam: cū patiētia donata redemēris: inter ipas calunijs custodiā mādata tua. Faciē tuā inquit: illuminā sup ser- vūm tuū: Id est tuam manifesta: subue- niēdo et ovitulādo presentiā. Et docet Elia lfa. do iustificationes tuas. Voce rūq̄ vt faciā quod euidentius alibi legit: Voce me vt faciā volūtate tuā. Qui enī audiūt licet memoria teneant quod audiunt: ne- quaq̄ dicidisse putādi sunt si non faciūt.

Psalmus

CXVIII

Veritatis nō verbū est: Omnis qui audiuit a p̄re et didicit: venit ad me. Qui ḡ nō facit: id est nō venit: nō didicit. Recolens aut̄ iste dolorē penitētē p̄uaricatiōis sue.

Alia lfa.
† deduxerūt.

Exodus aquarū inquit: Descende runt oculi mei: q̄r nō custodierūt legē tuā. Id est ipsi oculi mei. Nam in quibusdā codicib⁹ et hoc legit: q̄r nō custodiū legē tuā. Descēderūt ḡ exitus aquarū: id est effusiones lachrymarū. Et ea locutiōe qua dicere potuit: montes descēderunt pedes mei: et si nō diceret per montes vel in montes: ea locutiōe dicit scalas de scēdit: et si nō dicat per scalas: aut piscinā descēdit: et si non dicat in piscinā. Et bene ait: descenderūt: humilitate sc̄z penitendi. Ascēderūt enī: q̄n̄ per superbiā cōtumacē erecti fuerāt et elati. Sursum enī sibi esse vi debant: q̄n̄ ignorātes dei iusticiā cōstitue revolebat suā. In qua fatigati et legis p̄uaricatiōe confūti: ab illa elatiōe descēderūt flendo: ut iusticiā dei potius impetraret petendo. Sunt codices qui nō habēt descēderūt: sed trāsierūt: tanq̄z exaggerāter dicēt trāsisse se fēdo fontes aquarū: ut hoc intelligam⁹ exitus aquarū: plus fleuisse q̄z manat aque de suis exitib⁹. Cur aut̄ nō custodita lege sic fletur: nisi ut impetrat grātia que penitētis delet iniquitatē: et credētis adiuuat voluntatē.

Explicit sermo vicesimus septimus.

Incipit sermo vicesimus octauus.

Dixerat superius qui cantat hunc psalmū: Exodus aquarū descēderunt oculi mei: qm̄ nō custodierūt legē tuā: vbi se multū fleuisse testar⁹ est p̄uaricationē suam. Proinde velut rationē reddēs: cur multū flere debuerit: et suis gra uiter dolere p̄ctm̄. **J**ustus es inquit: dñe: et rectū iudicū tuū. Mandasti iusticiā testimonia tua: et veritates tuā valde. Hec itaq̄s iusticia dei rectiōs iudicū et veritas: omni ē metuēda peccāti. Hac enī dānāt diuinir⁹ quicūq̄s dānāt: nec est omnino q̄ de sua dānatiōe cōtra dñi iustū recte cōqueri possit. Inde fletus rectus est penitētis: qm̄ si cor eius impenitēt dānare: iustissime vtq̄s dānare. Sane iusticiā dicit testimonia dei. Iustū quippe se probat mandādo iusticiā. Est enī hec veritas ut deus testimonijs talib⁹ innotescat. Et qd̄ est qd̄ sequit⁹: **T**abefecit me zelus meus: Tel sicut alii codices habet zelus tuus. Habet nōnulli etiā do

mus tue. Et nō tabefecit me: sed come dit me. Quod ex alio psalmo quātū mihi videb̄ putandū est emēdans: vbi scriptum est: Zelus domus tue comedit me. Quod cōmemoratū etiā in euāgelio noui mus. Simile tñ aliquid esse tabefecit ei: qd̄ ibi est comedit. Zelus aut̄ me⁹ qd̄ plures codices habēt: nullam ingerit questionē. Quid enī mirū ē: si zelo suo qsc̄ tabescit: Qz vero habēt aliqui: zelus tuus: significat hominē deo zelantē: nō sibi: sed nō repugnat si ipse dicat et me⁹. Hā quid aliud dicit apostolus: Emulor enī r̄ca deo emulatōne dei? Nam dicendo: Emulor vos: quid n̄isi emulatōne demōstrat suā. Sed qz dixit deo: id est nō sibi sed deo: ideo ad didic̄t: emulatōne dei. Hanc quippe suo sp̄u fidelib⁹ suis inspirat deus: Amoris enī est nō liuoris. Hā que fuit causa ut hoc apostolus diceret: Optauī enī vos inquit vni viro v̄gine castā exhibere christo. Lome aut̄ ne sicut serpēs Euam sedurit versutia sua: sic et vestre mētes corrūpanſ a simplicitate et castitate que est in christo. Lome debat cum zelus domus dei: quā tñ zelat christo nō sibi. Sponsus enī sibi zelat sponsam suā: amicus aut̄ sp̄ōsi: nō eā sibi zelare debet: sed sp̄ōso. Bonus ḡ et huius intelligēdus est zelus. Causam aut̄ subiungit et dicit: Quia obliti sunt **V**erboꝝ tuorū inimici mei. Rembuebat ḡ ma la p̄ bonis: qm̄ zelebat illos deo tam rehēmēter et ardēter: ut eo zelo tabefactū se dicēret: Illi aut̄ ob hoc in ipm̄ inimicias exercebat: qz vtq̄s vt deū amarēt volebat: quos amādo zelabat. Non ingrat⁹ enī grēder: per quā fuerat ex inimico reconciliat⁹ deo: enī ipse suos diligebat inimicos: et eos zelabat deo: dolēs et tabescēs q̄ essent verboꝝ eius oblii. Beinde cōsiderās ipē in verbis dei: quā flamma dilectionis ardet. **I**gnitu inquit: eloquū tuum valde: et seruus tuus dilexit illud. Merito zelabat in suis inimicis cor impe nitēs: qui fuerat oblii verboꝝ dei. Ad hoc enī flagrabat eos adducere: quod ipse flā grātissime diligebat. **J**unior ego su inquit: et cōtemptr⁹: iustificatiōes tuas nō sum oblitus. Non sicut inimici mei qui oblii sunt verboꝝ tuorū. Tu detur autē minor etate non oblitus iustificationes dei dolere pro inimicis suis etate maioribus qui oblii sunt. Nam quid est: junior ego non sum oblitus: nisi illi mai-

Alia lfa.
† Tabescere
me fecit.

Alia
† vet

PSALMUS

res oblii sunt: p̄eω Tepōs est enim grecus: qđ est etiā in illo loco ubi dictū ē: In quo corrigit iunior viā suā. Hoc autē nomē cōparatuū est: et ideo bene intelligit in cōparatione maioris. Buos ḡ pplos hic agnoscamus: qui etiā in Rebecce vtero luctabant: qñ nō ex operibus: sed ex vocante dictū est ei: M̄aior seruiet minori. Sed cōtemptū se dicit hic iunior: ideo factus ē maior: qz ignobilia et cōtemptibilia mudi elegit de: et ea q̄ non sunt tanq̄ sint: vt q̄ sunt evacuenit: et ecce sunt nouissimi qui erāt pri mi: et p̄mi qui erant nouissimi. Nec imerito oblii sunt verborū dei qui suā iusticiā con statuere voluerūt ignorantes iusticiam dei. Iste autē iunior nō est oblitus: quia nō suā volunt habere iusticiā: sed dei. De qua etiā nūc dicit: **J**usticia tua iusticia ī eter nū: et lex tua veritas. Quō em̄ nō veritas lex: p̄ quā cognitio peccati: et que testi moniū phibet iusticie dei. Sic eī dicit apostolus: Justicia dei manifesta est: testificata p̄ legē et ppbas. Propter hāc passus ē p̄secutionez iunior a maiore: vt diceret iunior qđ sequit: **T**ribulatio et necessitas inuenierunt me: mādata tua meditatio mea est. Seuāt: p̄sequātur: dū tamē mādata dei nō relinquatur: et ex ip̄is mandatis etiā qui se uint diligans. **J**usticia testimonia tua in eternū: intellecula mihi et viuā. Intellectū poscit iste iunior: quē si nō h̄ret: non sup seniores intelligeret: sed eum poscit in tribulatiōe et necessitate: quo intelligat q̄ sit cōtempnēdū qđ ei possunt auferre p̄sequentes inimici: a quib⁹ se dicit esse cōtemptū: Ideo dixit: et viuam: qz si eo v̄sq̄ tribulatio necessitas q̄uenient: vt p̄ inimicop̄ p̄sequētuū manus vita ista finiat: viuet ī eternū qui t̄p̄alibus p̄ponit iusticiā que manet in eternū: q̄ iusticia in tribulatiōe et necessitate martyria sūt dei: hoc est testimonia: pro quib⁹ sunt martyres coronati.

Explícit sermo vicesimus octauus.

Incipit sermo. XXIX. de eo quod sequitur: **E**xclamauī in toto corde: exaudi me domine etc.

Clamor ad dñm qui fit ab orātibus: si sonitu corporis vocis fiat: nō intento ī dñm corde: quis dubitet inaniter fieri: Si autē fiat corde: etiā silente corporis voce: alium quēlibet hominē potest latere: non deū. Siue ergo cū voce carnis qñ id opus est: siue cū silentio ad deū cum

CXVIII.

oramus: corde clamandi est. Est autē clamor cordis: magna cogitationis intentio. Qui cū est in oratiōe: magnū exprimit desideratis et petentis affectū: vt nō desperet effectū. Lunc porro in toto corde clamat: qñ aliunde nō cogitat. Tales orationes rare sunt multis: crebre autem pacis: Utrū vō cuiq̄: nescio. Lalē suā cōmemorat orationē qui cantat hūc psalmū: dices. **C**lamauī ī toto corde exaudi me domine: Lui em̄ rei suis clamor p̄ficiat: adiūxit. **J**ustificationes tuas exquirā. Ad hoc ergo clamat in toto corde suo: et hoc sibi desiderauit a domino exaudiente p̄stari: vt iustificationes eius exquirat. Proinde qđ vt faciamus iubet: vt exquiramus orat. Nō longe est adhuc a faciēte q̄ exquirit: Non em̄ ē p̄sequēs vt q̄ exquirit: inueniat: aut qui inuenit: faciat. Nō autē potest nisi inuenierit: facere: et nisi quesierit: inuenire. Sed magnaz spem dñis Jesus dedit dicēde: Querite et inuenietis. Rursus autē dicit sapiētia (que quid ē nūlī ip̄e) Querēt me mali: et nō inueniēt. Nō ergo malis sed bonis dictū ē: Querite et inueniet: Inimo vō eis dictū ē quib⁹ eodē loco paulopost: Si ergo vos inquit cū sitis mali: nostis bona data dare filiis vestris: quomodo igitur malis dicil: Querite et inuenietis: cum rursus dicat: Querēt me mali et nō inuenient. An aliud eos dñis q̄ sapientiā querere volebat: qñ eos inuēturos si quererēt p̄mittebat: In ea quippe sunt omnia que ab eis q̄ beati esse cupiūt inquirēda sunt. Ibi ergo sunt et iustificationes dei. Quapropter restat vt intelligam nō omnes malos nō inuenire sapientiā si q̄sierint: sed eos q̄ intātū sunt mali vt oderint eam. Sic em̄ et dixit: Querent me mali et nō inueniēt: Oderūt eī sapientiā. Ideo ergo nō inueniūt: qz oderūt. Sed rursus si oderūt quoniō querunt: nūlī qz non eam querūt ppter ipsam: sed ppter aliquid quod mali amant: et ad hoc se facilius putant puenturos p̄ ip̄am: Multū em̄ sunt qui dicta sapiētie studiosissime inquirunt: eāq̄ in doctrina nō in vita volunt habere: vt non p̄ mores quos iubet sapientia queniant ad dei lucē qđ ē ipsa sapiētia: sed p̄ sermones quos habet sapiētia queniant ad hominū laudē: qđ est vanagloria. Nō ergo sapientiā querunt: et quādo eam querunt: quia nō querūt ipsam: alioquin viuerent fīm ipsam: sed volunt verbis eius inflari. Et quātomagis inflant: tantomagis

Psalms

efficiunt extra ipsas. Iste autem hoc ipsum pos-
cens a domino quod eum iubet facere domi-
nus: ut ipse in illo etiam quod impat oget: Be-
est enim qui operatur in nobis: et velle: et opari
pro bona voluntate: Clamaui inquit in toto
corde meo exaudi me domine: iustificatio-
nes tuas exquiram: utique facias non timo
sciendas: ne simulis fiat illi seruo duro: qui
etiam si intellexerit non obaudiet: **C**lama-
Alia lfa.
tad te.
ui saluum me fac: Vnde sicut nonnulli ha-
bent et greci et latini: Clamaui te: saluum
me fac: Quid est clamaui te: nisi clamando
invoqui te: Sed cum dixisset: saluum me fac:
quid adiunxit: **E**t custodi am testimo-
nia tua. Ne te scimus infirmitatem negem.
Salus quippe anime facit: ut fiat quod facie-
dum esse cognoscit: et usque ad mortem corpo-
ris: si hoc flagitat extrema temptatio pro te-
stimonioque diuinorum veritate certetur. Ubi
autem non est salus: succubit infirmitas: et de-
seritur veritas. Sed quod sequitur habet aliqd
obscuritatis: quod aliquato diutius expone-
dum est. Preueni intempera nocte et clamaui. Plures codices non ha-
bent: intempera nocte: sed immaturitate. Uix autem unus inuenetus est quod haberet
geminata propositionem: id est In immaturi-
tate. Immaturitas itaque in hunc loco noctur-
num tempus est: quod non est maturum: id est
opportunitus ut agatur aliqd vigilando. Quod
etiam vulgo dici solet: hora importuna. Horum
quoque intempera: id est media: quoniam qescen-
dunt est: hinc perculdubio nesciupata est: quia
importuna est actionibus vigilantibus. Tem-
pestiu[m] enim: dixerunt veteres opportunitus.
Et intemperiu[m]: importunus. Atque ducto
vocabulo. Non ab illa tempestate: que con-
suetudine latine lingue celi perturbatio iam
vocatur. Quod isto verbo libenter utuntur hi-
storici: ut dicant ea tempestate: quod volunt
eo tempore intelligi. Et quod ait locutor egre-
gius. Unde hec tam clara repente tempe-
stas. Non celum nimbis ventisve turbatum:
sed magis subita et splendida serenitate ful-
gidum significavit hoc nomine. Quod ergo gre-
ce dictum est: επειδη: non uno verbo: sed
duobus: id est propositione et nomine: hoc in-
terpretes nostri quidam dixerunt intempera
nocte. Plures immaturitate: non duobus ver-
bis: sed uno: cuius vocabuli nominatio est im-
maturitas. Nonnulli vero in duobus verbis:
sicut grecus posuit in immaturitate: επειδη
quippe immaturitas est: επειδη in immatu-
ritate. Tamen si vellet etiam ille qui dixit in-

CXVIII.

tempesta nocte: propositione dicere gemina-
ta: ut in tempesta: ut una propositio significet
in qua hora: altera pertinet ad compositionem
nomis. Ribil sane interest ad sententiam:
utrum quis dicat egisse se aliquid gallicatum:
an in gallinatum. Ita nihil interesset: utrum
intempera nocte: an vero in intempera no-
cte: id est in nocte intempera clamasse se di-
ceret. Grecus tamen in nocte intempera dixit:
quod idem valet si dicatur in immaturitate: id est
in tpe nocturno et immaturo. Hactenus de
obscuro verbo fuerit disputatus. Nunc vide-
amus quis ipse sit sensus. Preueni inquit
nocte intempera: et clamaui. In verbis
tuis speravi. Si hoc ad unumque fideliū refe-
rendum referamus: et ad proprietatem rei ge-
ste: sepe contingit ut talis nocte tempore vigi-
let amor dei: et magno urgente orationis af-
fectu non expectet: sed pueniat: quod post gal-
licantur consuevit esse tempus orandi. Si autem
accipiamus hoc totū seculū noctez: utique in
tempesta nocte clamam ad deum et pueni-
mus maturitatē temporis: in quo nobis redi-
ditur: est quod promisit: sicut alibi legit: Preue-
ni faciem eius in confessione: quod si veli-
mus intelligere: immaturum tempus noctis
huius antequam venisset plenitudo temporis: id
est ipsa maturitas: quoniam christus manifestaret
in carne: nec tunc ecclesia tacuit: sed pueni-
ens istam maturitatē prophetando clamauit: et
in verbis dei sperauit potentes facere quod
promisit: ut in semie Abrae būdicerent oēs
gentes. Propterea et quod sequitur dicit: Preue-
nerunt oculi mei ad matutinum: ut
meditarer eloqua tua. Nonam enim
matutinum quoniam qui sedebant in umbra mor-
tis: lux orta est eis. Nonne in sanctis qui pueri
erant in terra ad hoc matutinum oculi ecclae-
sie puererū: quod hoc futurū ante puererū:
ut meditarent eloqua dei quoniam tunc erant: et in
lege ac prophetis hec futura nūciabantur?
Cloce meā: inquit: exaudi me do-
mine sum misericordia tuam: et sum
iudicium tuum vivifica me. Provis enim
deus sum misericordia afferat a peccatorib[us]
penam: eisque postea iustis sum iudicium da-
bit vitam: quia non frustra illi hoc ordine
dicitur: Misericordia et iudicium cantabo
tibi domine: quisque et ipsum tempus miseri-
cordie non est sine iudicio: de quo dicit apo-
stolus: Si enim nos ipos iudicaremus: a do-
mino non iudicaremur: cum iudicamur autem
a domino corripimur: ne cum mundo dam-
nemur: Et eius coapostolus: Tempus est inquit ut

Psalmus

Alia lsa iudicū scipiat a domo domini: Et si initis
a nobis: quis finis erit eis q̄ nō credit dñi
euāglio: et ultimū tempus iudicij non erit
sine misericordia: quia coronat te: aut psal-
mus: in misericordia et misericordia. Iudicū
aut sine misericordia: sed sinistris qui nō se-
cerunt misericordiā. Appropinquā-
uerunt: inquit: psequetes me inq̄ta-
te: Uel sic nōnulli coāces habēt: Inīq̄:
Lūc appropinquāt qui psequitur: qn̄ vlḡ
ad carnez cruciādā pīnendāq̄ pueniūt.
Uñ psalm⁹ vicesimus prim⁹ vbi passio dñi
appetata est: Ne discedas inq̄t a me: quo-
que non imminente: sed iam pīsente ipa passi-
one p̄pessus est. S; proximā dixit tribula-
tionem que siebat in carne. Ribil est q̄ppe
anime p̄piss carni quam gestat. Propin-
quauerūt ergo psequētes: affligendo eorū
carnem quos persequebant. Sed attende
quod sequit. Alege autē tua longe fa-
cti sunt. Quātū magis p̄pinquauerūt p-
sequēdis iustis: tanto longe facti sunt a iu-
sticia. Sed quid nocuerūt eis quibus pse-
quēdo p̄pinquauerunt: quādo interior est
p̄pinquatio domini eorum a quo nullate-
nus deserunt. Benign⁹ sequit. **D**rope
es tu domine: et omnes vie tue ve-
ritas. Etiā in tribulationib⁹ suis q̄ eas
non imerito patiūtur tribuere deo veritate
sanctorum est visitata confessio: Ita regina
Hester: ita sanctus Baniel: ita tres viri in
camino: ita eorum sanctitatis alii socij con-
fidentur. Querī autē potest quomodo hic
dictū sit: Omnes vie tue veritas: cum in
altis psalmo legatur: Uniuerse vie domi-
ni misericordia et veritas. Si erga sanctos
et uniuerse vie domini misericordia: et uni-
uerse vie domini veritas: qr̄ et in iudicdāo
subuenit: atq; ita nō deest misericordia: et i-
nusserando id exhibet quod pmisit: ne veri-
tas desit. Erga autē omnes et quos liberat
et quos damnat: omnes vie dñi misericordia
et veritas: quia vbi nō misereſ vindicte ve-
ritas exhibet. Multos quippe imeritos li-
berat: immeritu autem neminem damnat.
Alia lsa Ab initio cognoui: inquit: de testi-
moniis tuis: q̄a in eternū fundasti
ea. Qd̄ grecus ait: $\chi\alpha\tau\alpha\pi\chi\eta\sigma$: aliqui no-
stri ab initio: aliqui initio: aliqui in initis:
interpretati sunt: S; qui pluraliter hoc dice-
re maluerūt: grecā locutionē secuti sūr: La-
tine autē lingue illud potius visitatiū est: vt
ab initio vel in initio dicat: qm̄ $\chi\alpha\tau\alpha\pi\chi\eta\sigma$

CXVIII.

grēce quasi pluralif: sed adverbialif dicit: quale est apud nos cū dicimus: alias hoc facio: pluralē numerū feminini generis di- cere videmur: s; adverbii ē: et sīḡt alio tēpo re. Quid est ergo ab initio cognoui: vel po-
tius vt et nos adverbialiter id dicam⁹: Ini-
tio cognoui de testimonis tuis: quia i eter-
nū fundasti ea: Testimonia domini in eter-
nū ab illo dicit ē ſūdata: et h̄ se initio cog-
uisse testaf: nec aliūde coguiſſe q̄ d̄ ipiſ uti
q̄ testimonijs. Queſ ſi ista testimonia: nū ſi qb⁹
testat⁹ ē d̄ datuꝝ ſe regnū ſuis filiis ſempi-
ternū: Et qr̄ h̄ in vñigenito ſe daturū ē te-
status est: de q̄ dictū ē: Et regni ei⁹ nō erit
finis: ipa testimonia dixit i eternū eē funda-
ta: qr̄ id qd̄ p ea deus pmisit eternū eū. Nā
q̄ ſe ipa testimonia tunc nō erūt necessaria:
quādo res ipa ridebil⁹ ppter quā creden-
dam nūc testimonia requirūt: Et iō bene
intelligit dictū: fundati ea: qr̄ in christo ve-
ra mōstrant. Fundamentū em̄ aliud nemo
potest ponre ppter id qd̄ positum est: qd̄ eſt
christus Jesus. Uñ hoc ḡ iſte initio cogno-
uit: nū ſi qr̄ ecclesia loquiſ q̄ terris nō defuit
ab initio generis hūani: cui⁹ primitie Abel
sanctus eſt immolatus: et ipſe in testimoniuꝝ
futuri ſanguinis mediatoris ab impio fra-
tre fundendi. Nā illud ab initio dictū eſt:
Erūt duo i carne vna: Qd̄ magnū ſacra-
mentū apliſ ſaulus exponens: Ego in-
quit dico in christo et in ecclia.

Expliſ ſermo vicesimus nonus.

Incipit ſermo tricesimus: de versu psal-
mi. Vide hūilitatē meā et eripe me et c.

In a ſe alienam arbitret eſſe hanc vo-
cem. Quoniam reuera totum christi
corpus in hac humilitate positiū dicit: Uñ
et psalmi huius incipit lectio: de qua nunc
disputare ſuſcepimus. **V**ide humili-
tatem meā et eripe me: qr̄ lege tuaz
non ſum oblitus. Hoc loco nullā dei le-
ge conuenientiis intelligim⁹: nū ſi q̄ imobilis
fixū eſt: vt ois qui ſe exaltat hūileſ: et ois q̄
ſe humiliat exalteſ. Supbus ḡ malis vt hu-
miliat innectit: hūilis a malis vt exalteſ eri-
pitur. **J**udica: inq̄t: iudiciū meū et
redime me: Supior quodāmō ſententia
repetita eſt. Qd̄ enim ait: Vide hūilitatem
meā: hoc ē: iudica iudiciū meū: Et qd̄ ait:
eripe me: hoc eſt: et redime me. Qd̄ vō ſup-
dictū eſt: Quia lege tuam nō ſum oblitus:
hūic cogriſ qd̄ inſra eſt. **P**ropter elo-
quiū tuū viuifica me; **P**pm. n. eloquiū

Psalms

est lex dei: quā nō est oblit⁹ vt se exaltādus humiliaret. Ad ipam vō exaltationē pertinet qđ ait: viuifica me: qđ sanctorū exaltatio vita eterna est. **L**onge est: inquit: a peccatorib⁹ salus: qđ iustificatiōnes tuas nō exquisierūt. Quis enim te discernit: o tu qui dixisti: Lorge est a peccatorib⁹ salus? Quis te discernit a peccatorib⁹: vt nō a te longe sit: sed tecū sit salus? Hoc te nempe discernit: qđ id quod isti nō egerunt: ipe fecisti: hoc est: dei iustificatiōnes exquisisti. Quid em̄ habes qđ nō accepisti? Nōne tu es qđ pauloā dicebas: Clamaui in toto corde meo exaudi me domine iustificatiōes tuas requirā! Ergo ab illo ad quem clamasti: vt eas exqrereres accepisti. Ipe te igis discernit ab eis: a quibus propterea longe est salus: quia iustificationes dei non exquisierūt. Videlicet hoc etiam ipse: neq; enim ego riderem: nisi in ipso essem. Corporis enim christi verba ista sunt: cui⁹ membra sumus. Videlicet hoc inquā: continuoq; subiecit. **M**iserationes tue multe domine: Etiam hoc ergo quod exquirimus iustificatiōes tuas pertinet ad miserationes tuas. **E**cce iudiciū tuum viuifica me. Noui enim quia tū iudiciū tuum sine tua miseratione nō erit super me. **M**ulti psequētes me tū tribulātes me: a testimonijis tuis nō declinavi. Factū est: nouimus: recolum⁹: agnoscimus. Purpurata est vniuersa terra sanguine martyrum: floret celi coronis martyrum: ornate sunt ecclesie memorij martyrum: insignita sunt tempora natalib⁹ martyrum: crebrescunt sanitates meritis martyrum. **V**ni hoc: nisi quia impletū est qđ pdictuz est de homine isto toto terrarū orbe diffuso. **M**ulti psequētes me tū tribulātes me: a testimonijis tuis nō declinavi. Agnoscim⁹ et grās agimus dño deo nostro. **L**u nāq; homo: tu in alio psalmo: tu ipe dixisti: Nisi qđ domin⁹ erat in nobis: fortasse viuos absorbuissent nos. Ecce quare ab eius testimonijis nō declinasti: tū ad palmarū supne vocatiōnis inter manus multorū psequētiū tribulantūq; venisti. **V**idi: inquit: insensatos tū tabescēbas: vel sicut alij codices habent. **V**idi nō obseruātes pactū: Et hoc plures habebet. Sed qui sunt qui pactū nō obseruauerūt: nisi qui declinauerūt a testimonijis dei: tribulatiōes multorū psequētiū non ferētes. Hoc est asit pactū: vt qđ ricerit coronet. Hoc pactū nō ob-

Allia lsa.
t Misericor.
die.

Allia lsa.
t qui psequunt
t tribulant.

Allia lsa.
t puericantes.

CXVIII.

seruauerūt: qui psecutōes non tolerātes: a testimonijis dei negādo declinauerūt. **H**os ḡ iste vidit t tabescēbat: qđ diligebat. **Z**el⁹ ille em̄ bon⁹ est: de amore venies: nō luore. In quo em̄ nō seruauerūt pactū: secur⁹ adiūxit. **Q**uia eloquia tua nō custodierūt. Ea qđ ppe in tribulatiōibus negauerūt: Et cōmēdat se iste differēs ab eis ac dicit: **V**ide qđ mādata tua dilexi: Nō ait: eloqua vel testimonia tua nō negauit: qđ martyres facē cogebant: t nō facientes intolerabili patiebant: sed b̄ dixit vbi fructus est omniū passionē: qđ si tradi-derō corpus meū vt ardeā: caritatē aut nō habeā nihil mihi pdest. **H**anc iste cōmen-dans ait: Videlicet qđ mādata tua dilexi. Be-niq; postulauit premiū. **D**omine in tua misericordia viuifica me. Isti morti-ficant: tu viuifica. Sed si premiū poscas in misericordia qđ reddē debet iusticia: quā-tomagis impēsa ē misericordia vt obtine-re cui⁹ premiū debet ipa victoria: **P**ri-cipū: inqt: verbōtu⁹ tuorū veritas: i eternuz omnia iudicia iusticie tue. A veritate inquit tua verba pcedit: t idō veracia sunt: t neminē fallunt: quibus pre-nificiatur vita iusto: pena impio. **H**ec sunt quippe in eternū iudicia iusticie dei. **E**xplīcīt sermo trigesimus. Incipit sermo trigesimus prim⁹: de versu psalmi. **P**ri-cipes psecuti sunt me gratis tē. **V**elas psecutōes a regib⁹ terre cor-pus christi: hoc est: sancta ecclesia pculū: nouimus: agnoscamus ergo hic etiam eius verba dicentis: **P**ri-cipes psecuti sunt me gratis: t a ver-bis tuis formidauit cor meū. Quid em̄ christiani leserant regna terrena: quis eis regno celorum pmiserit rex eoz: Quid inquā leserant regna terrena: Nūquid eo-rum rex multes suos phibuit impendere t exhibere que debent regibus terre: Nōne de hoc sibi calūniam molient⁹ iudeis ait: Reddite cesari que cesaris sunt: t deo que dei sunt: Nōne tributum de ore pscis etiā ipe psoluit: Nonne pcursor eius militibus regni huīis quid facere deberent p eterna salute querētibus: non ait: Linguluz solute: armia p̄cite: regem vestrum deserite vt possitis domino militare: sed ait: Reminē concusseritis: nulli calūniaz feceritis: sufficiat vobis stipendum vestru⁹: Nōne vnu-s militum eius t dilectissim⁹ comes eius: co-militonib⁹ suis: et quodāmō christi pui-

Psalms

cialib⁹ dixit: Omnis anima potestibus sublimiorib⁹ subdita sit: Et paulopost ait: Redde omnib⁹ debita: cui tributū tributum: cui vectigal vectigal: cui timorē timorem: cui honorem honorem: Nemini quicq⁹ debeatis: nisi vt inuicē diligatis. Nōne p̄cepit vt p̄ ip̄is etiā regibus oraret ecclesia: Quid ḡ eos christiani offendetur: Quod debitum nō reddiderūt: In quo christiani nō sunt terrenis regib⁹ obsecuti: Ergo terreni reges christianos gratis psecuti sunt. Sed qđ subiect attende. Et a verbis tuis formidauit cor mū. Habuerūt quidē et illi verba minantia: expello: p̄scribo: occido: vngubus torqueo: ignibus terreo: bestijs subrigo: mēbra dilanio: sed tua me potius verba terruerit: Nolite timere eos qui corpus occidūt: postea nō habet quid faciat: sed eum timete qui habet potestatē et corp⁹ et animā p̄dere in gehennā. Ab his verbis tuis formidauit cor mēu. Et cōtempsi hoiez psecutorē meū: et vici diabolū seductorem meū. Beinde sequit. Exultabo ego sup eloquia tua: sicut q̄ inuenit spolia multa. Per ea verba vicit: a quibus formidauit: Elictis em̄ spolia detrahūtur: sicut victus et spoliatus est ille de quo dicit in euāgeliō: Nemo intrat i domū fortis: vt rasa eius diripiāt: nisi prius alligauerit fortem. Sed spolia multa inuēta sunt: quādo patētiā mirati martyriū: etiā qui psecuti sunt crediderūt: et qui regem nostrū detruītē militū militū ei⁹ sunt damnificare moliti: ab illo sunt insup̄ acquisiūt. Quisquis ergo a verbis dei: ne in certamie vincat formidat: sup eadem verba victor exultat. Nam ne putaremus ex illa formidine odium verbū dei potuisse surripe: quis iaz dixerit: Exultaui super eloquia tua: qđ vtiq⁹ nō dicet si odiret ea: tamē adhuc addit et dicit: Injusticiā odio habui et abominatus sum: legem aut tuam dilexi: Rempe a verbis eius illa formido nō fecit corūdem verborū odiū: sed integrā tenuit caritatem. Neq; em̄ lex dei: non sunt verba et eloquia dei: Absit ergo vt timore pereat amor: vbi castus est timor. Sic patres a filiis ph̄s et timen̄ et aman̄: sic pudica cōlunx virū et timet ne ab illo deserat: et amat vt fruatur. Si ergo pater homo et coniux homo: et timeri et amari debet: multomagis pater noster qui in celis est: et ille sponsus: nō carne p̄ filiis hominū: sed virtute formosus: A quibus em̄ diligis lex dei: nisi a

CXVIII.

quibus diligis deus: Et quid habet bonis filijs triste lex patris: An qm̄ quem diligit corripit: et flagellat omne filiū quē recipit: Ut qui hec iudicia respuit: pmissa non recipit. Paterna ergo iudicia laudent: et in flagello: si pmissa diligunt in premio. Ita plāne fecit iste qui dicit: Septies in die laudauit te: sup iudicia iusticie tue. Alia lta.
laudem dicit Septies in die qđ ait: significat semp. Sollet esse quippe iste numer⁹ vniuersitatis iudicij: ppter qđ sex diebus diuine opatiōis septimus adiectus est quietis. Et p septem dies currentes et recurrentes tempora vniuersa volvuntur. Nec ob aliud dictum est: Septies cadet iustus et resurget: id est non perit iustus modis omnib⁹ humiliar⁹: sed nō p̄uaricatus: alioqñ non erit iustus. Nā p omni genere tribulatiōis qua in conspectu hominū deīcūt: positū est septies cadit. Et pro eo q̄ ex ip̄is omnib⁹ tribulatiōibus p̄ficit: positum est resurget. Satis illustrat in eo libro consequēs sententia p̄cedentē. Ibi em̄ sequit: Imp̄h autē infirmabunt in malis: hoc est itaq̄ iusto septies cadere et resurgere: in omnibus malis nō infirmari. Merito igit septies in die laudauit ecclia deum: sup iudicia iusticie ip̄ius: qđ tū tempus esset vt iudicij inciperet a domo domini: in omnib⁹ tribulatiōibus nō infirmata: sed coronis martyriū glorata est. Pax multa: inquit: diligētib⁹ legē tua: et non est ei⁹ scandalū. Utrū ipsa lex diligētib⁹ se scandalū nō est: an diligētib⁹ eam nullū est vndeūq; scandalū. Sed vtrūq; recte intelligit. Qui em̄ diligit dei legem: etiā qđ in ea non intelligit honorat. Et qđ ei sonare videt absurde: se pon⁹ non intelligere. et aliquid magnū latere ibi iudicat. Ideo lex dei nō est ei scandalū. Ut asit nullū scandalū oīno patiāt: nō sic homies sancte cuiuscq; p̄fessionis attēdat: vt fides eius ex eorū morib⁹ pendeat. Ne aliquibus cadentibus quos p̄ magno habebat: ip̄e scandalū pereat. Sed ipsam dei legē diligat: et erit ei pax multa: nullūq; scandalū. Securus em̄ diligit eam: in qua etiā si multi peccant: peccare ip̄se non nouit. Expectabam: inquit: salutare tuū domine: et mādata tua dilexi. Quid enim iustis profuisset antiquis dei dilexisse mandata: nisi eos christus qui est dei salutare liberasset: cuius etiam spiritu imptuo mandata dei diligere potuerunt: Si ergo antiqui iusti expectabant salutare dei: quis

Psalmus

mādata eius dilexerāt: quātum agis necel-
sarius erat Iesus: hoc est: salutare dei sal-
uis faciēdis eis qui mādata eius non dile-
xerunt. Potest ista etiam sanctis iustorū tē-
porum: ex quo gratia reuelata euāgelium
predicat cōgruere p̄phetia. Expectant eīm
christū qui mādata dei diligunt: vt cū chri-
stus apparuerit vita nostra: tunc t̄ nos ap-
pareamus cum illo in gloria. **C**ustodi-
uit: inq̄: anima mea testimonia tua:
et dilexi ea valde. Tel sicut nonnulli
codices habēt: dilexit. Ut subaudiat ani-
ma mea. Custodunt testimonia dei: dum
non negant: hoc est martyriū officiū: quia
testimonia grece martyria nūcupant. Sed
quia p̄ testimonijs dei etiam flāmis con-
cremari sine caritate nihil p̄dest: ideo ad-
didit: et dilexi ea valde. Supra autē dixe-
rat: mādata tua dilexi: deinde sequēti v̄su
testimonia tua custodiuit dilexi: postea t̄ mā-
data tua t̄ testimonia tua custodiui. Ait eīm:

Custodiu mādata tua t̄ testimo-
nia tua: Qui eīm diligit ip̄e veraciter libē-
terq̄ custodit. Plerūq̄ eīm dum mandata
dei custodiunt sunt inimici cōtra quorum
volūtate custodiunt. Tūc v̄o fortiter t̄ te-
stimonia custodiēda sunt: ne psequētibus
inimicis negent. Tūm ergo se iste v̄trūq̄ fe-
cisse dixisset: deo tribuit vnde fecit: adiun-
gendo atq̄ dicendo: **Q**uia omnes vie
mee in cōspectu tuo domine. Ideo
inquit: custodiu mādata tua et testimonia
tua: quia omnes vie mee in cōspectu tuo.
Tānq̄ diceret: Si auertisses a me faciem
tuam: fierem conturbatus: nec tua manda-
ta t̄ testimonia custodire. Custodiu ergo:
quia omnes vie mee in cōspectu tuo. Pro-
pitio quippe t̄ adiūtate cōspectu voluit in-
telligi deum videre vias suas: sicut orauit
qui dixit: Ne auertas faciē tuam a me. Nā
v̄tq̄ facies domini est: t̄ sup facientes ma-
la: sed vt perdat de terra memoria eorum.
Non sic pfecto iste dixit: vias suas ab illo
videri: sed sicut nouit dominus vias iustorū:
t̄ sicut ait Moysi: Scio te p̄ omnib⁹.
Nam si hoc eūz non adiūwaret gradientē:
q̄ eius vie sunt in cōspectu dei: nō diceret
ideo se custodisse mādata t̄ testimonia ei⁹:
quia omnes vie sue in cōspectu sunt domi-
ni. Nouit eīm audire: Veruite domino in ti-
more t̄ exultate ei cum tremore: appreben-
dite disciplinā ne q̄si irascat dñs: et peatis
de via iusta: Quia nisi in cōspectu domini
esset: via iusta nō esset. Nam hūc timore et

CXVIII.

tremore apostol⁹ etiā Paulus imponit eis
quibus dicit: Lū timore t̄ tremore vestraz
iporū salutem opamini. Et cur hoc dixerit
aperiens: Deus est em inquit qui operat i
vobis: t̄ velle t̄ opari pro bona voluntate.
Ad hoc sunt ergo in cōspectu dñi vie iusto-
rum: vt dirigat gressus eorum: qm̄ ip̄e sunt
vie domini: de quibus scriptū est in puer-
bijs: Elias aut̄ q̄ a dextris sunt nouit dñs:
Peruerse sunt aut̄ inq̄ que a sinistr: vt in-
telligeremus q̄ eas nō nouerit dñs: ppter
qd̄ pueris dicturus est: nō noui ros. Por-
ro vt ostēderet quo fructu vias q̄ a dextris
sunt: id est iustorū nouerit dñs: p̄tinuo sub-
iecit. Ipse eīm rectos faciet cursus tuos: et
itinera tua in pace p̄ducet. Ecce quare ait
etiā iste: Custodiu mādata tua et testimo-
nia tua. Et velut q̄rērēt hoc vñ potuerit:
q̄ omnes inquit vie mee in cōspectu tuo
domine.

Explícit sermo tricesimus prim⁹. Inci-
pit sermo. XXXII. de versu psalmi. Appropi-
nquet oratio mea in cōspectu tuo do-
mine et cetera.

Ocem nūc orantis audiam⁹. Qm̄
quis oret: forte nouim⁹: et nosipos
si reprobi nō sumus: in mēbris hui⁹
orantis agnoscimus. **A**ppropinquet
oratio mea i cōspectu tuo domine:
Id est oratio mea q̄ sit in cōspectu tuo ap-
propique tibi. Prope est eīm dñs bis qui
obtruerūt cor. **S**cdm eloquū tuum
da mihi intellectū. Promissum petui:
Nam hoc ait fm eloquū tuum: tanq̄ diceret
fm pmissum tuum. Promisit eīm hoc domi-
n⁹ vbi ait: Intellectū dabo tibi. **I**ntret
postulatio mea in cōspectu tuo domine:
fm eloquū tuum eripe me.
Repetit quodāmodo quod petiuit. Nam
quod prius dixerat: Appropinquet oratio
mea in cōspectu tuo domine: huic simile est
qd̄ ait posterius: intret postulatio mea in
spectu tuo domine: t̄ quod pr⁹: fm eloquū
tuū da mihi intellectū: huic cōgruit qd̄ po-
sterius: fm eloquū tuum eripe me. Acci-
piendo quippe intellectū eripitur: qui p̄ se
ipsum non intelligendo decipitur. Erup-
erit: inquit: labia mea hymnūz:
cu docueris me iustificatiōes tuas.
Houimus quēadmodum doceat eos deus
qui sunt docibiles deo. Omnis eīm qui au-
diuit a patre t̄ didicit: venit ad eum qui iu-
stificat impū: vt non solum memoria reti-
nendo: verūtiam faciēdo custodiat iusti-

Allia lfa.
t̄ rebemēter.

Allia lfa.
t̄ Servauit.

Allia lfa.
t̄ nō babet.

Allia lfa.
t̄ defacit

Allia lfa.
t̄ nō babet

Et iudicata tua adiubabit
t̄ quippe illa fuit que tempu-
t̄ sacerdos a domo domin. Se-
u inquit. Et quis non video
ecclesiā sanguis ecclesiā
tempore seges toro obē surre-
cipit aperte se: que p̄

Psalmus

ficationes dei. Sic enim qui gloriaſt: non in ſeipſo: ſed in domino glorietur: hymnusq; eructatur. Sed iam quia didicit: et laudauit doctorem deum: deinde vult docere.

Pronūciabit: inquit: lingua mea eloquia tua: quia omnia mādata tua iudicia. Si hec ſe pñunciaturū dicat: vñiq; minister fit verbi. Quid em̄ deus doceat intrinſecus: tamē ſides ex auditu ē. Et quomō audiuit miſi a predicatorē: Neq; enim: quia deus dat incrementū: ideo non eſt plantandū neq; rigandum. Scit enim que picula ſecutura ſint a cōtradicentib; et pſequētibus: cum fuerit pñuicator eloqui ori dei: propter qđ adiunxit. **Fiat ma-**
nus tua vt ſaluu me facias: quia mandata tua elegi. Ut nō timerez: nec ſolum cor meū teneret: ſed lingua etiam pñunciaret eloquia tua: mandata tua elegi: timoreq; amore compressi. **Fiat ergo ma-**
nus tua vt ſaluū me de manu facias alie-
na. Sic autē de ſaluos martyres fecit: cū eos in anima non pñmisit occidi. Nam fui carnem vana ſalus homis. Potest ſic accipi: fiat manus tua: vt manus dei christus intelligat: Juxta illud Eſaiæ: Et brachiū domini cui reuelatū eſt: Non em̄ erat factū vñigenitus cum q; eum facta ſunt omnia: ſe factus eſt ex ſemine Bauid: vt eſſet Ieſus: id eſt ſaluator qui iam erat creator. Sed cū familiare ſit scripture: fiat manus tua: et fa-
cita eſt manus domini: nescio vtrū possit b;
sensus in eis locis omnib; obtineri. Sane vbi audiamus qđ ſequit. **Concupiuī**
ſalutare tuū domine: Enā nolentibus omnib; inimicis ſalutare dei nobis christū occurrat. Ip̄m ſe cōcupiſſe iuſti antiqui ve-
raciſſime cōſiſtent: Ip̄m cōcupiuit ecclie venturi de viſceribus matris: Ip̄m cōcupiuit ecclia venturi a dextera patris. Subiungit autē huic ſententię. **Et lex tua me-**
ditatio mea eſt. Quia lex għibet teſti-
moniū christo. Sed in hac fide cum corde creditur ad iuſtiā: ore cōfessio fit ad ſalu-
tem: fremant gentes: populi meditenſ ina-
mia: occidatur certe caro dum predicat te.

Quiet anima mea et laudabit te:
iudicia tua adiuuabūt me. Iudi-
 cia quippe illa ſunt que tempus erāt: vt in-
 ciperent a domo domini. Sed adiuuabūt
 me inquit. Et quis non videat quātū adiu-
 uerit ecclie ſanguis ecclie: quāta ex illa
 ſementie ſegeſ ſeto orbe ſurrexerit? Noni-
 ſume proſuſ aperit ſe: et que pſona per totū

CXIX.

psalmū loquebaſt ostendit. **Errauit in-**
quit: ſicut ouis perdita: quere ſeruum
alia lī. t que periit.
tuum quia mādata tua non ſuſ ob-
litus. Nonulli codices nō habent quere:
 ſed: viuificia. Una qđ pſe syllaba intereſt:
 q; iñ ſe i greco diſtāt: ἸΗΣΟΥΣ et ἸΗΘΕΟΥ:
 vñ i ſi codices greci variant. Sed qđlibet
 horum ſi: ouis pđita querat: ouis perdita
 viuificetur: ppter quā pastor eius non agi-
 tanouē dimiſit in montib;: et eam querens:
 iudaicis lacerat? e veprub;. Sed adhuc q-
 rit: adbuc qraſ ex pte inuēta: adbuc qraſ.
 Ex ea namq; parte qua dicit iſte: mādata
 tua nō ſum obliuſus: inuēta ē: ſed q; eos qui
 mandata dei eligit: colligunt: diligunt: ad
 huſ querit: et per ſui pastoris ſanguinē fu-
 ſum atq; diſpſum i omnib; gentib; inueniſ.

Et potuit quātū a dño adiutū ſū: psalmū iſtū magnū ptractauit et exposui. Nō pro-
 fecto melius sapientiores: doctioresq; fece-
 runt: ſiue facturi ſunt. Nec ideo tamē ei no
 ſtrū de eſſe debuit ministeriū: maxime id de
 me flagitantibus fratrib;: quibus ſum debi-
 tor hui⁹ officij. Nō autē de Alphabeto he-
 breo: vbi octoni versuſ ſingulis ſubiacet lit-
 teris: atq; ita psalmus totus conterit: ni-
 bil dixi: non ſi mirū: quoniam nihil quod ad
 iſtū ppter p̄tineret inueni. Non eſt ſolus
 habet has litteras. Illud ſane ſciant qui b
 in greca et latina ſcriptura (quoniam nō illic
 ſeruatū ē) inuenire nō poſſunt: oēs octonoſ
 versuſ in hebraicis codicibus ab ea q; illis
 pponitur littera: incipere: Sicut nobis ab
 eis qui illas nouerūt litteras: indicatū eſt.
 Nō multo diligentius factum eſt: q; nostri
 vel latine vñ puncie quos abecedarios vo-
 cant: psalmos facere conſueuerūt. Nō eſt
 omnes versuſ donec claudat periodus:
 ſed ſolos primos: ab eadez littera incipiūt
 quā pponunt.

Explicit Tractatus de p̄s: CXVIII.

Incipit Tractatus de p̄s. CXIX. Qui ē
 pum⁹ Lantici graduū.

Brevis psalm⁹ ē et valde utiſis: quē
 modo nobis cantatū audiuitus:
 et cantando respondim⁹. Non diu
 laborabitis in audiēdo: nec infructuose la-
 borabitis in operādo. Est enim ſicut ei⁹
 titulus prenotat: Lanticum graduū.
 Grece ſcriptum eſt: αρχαριού. Gradus
 vel deſcendentū ſunt: vel deſcendentium.
 Sed gradus quomō in hiſ psalmis poſti-
 ſunt deſcendentis ſignificant. Intelligam⁹